




~~63~~

~~P.S. S.A.~~

~~29<sup>th</sup> 05~~

~~29<sup>th</sup> 07~~



M. VĀL.  
M A R T I A L I S ;  
E P I G R A M M A T O N  
S E L E C T O R V M .  
L I B R I X I I I .

¶ Accessit Epistola Ouidij ad Liniam, &  
carmina de nuce.

¶ Additæ sunt epistola Ciceronis nonnullæ.



O L Y S S I P P O N E .  
Excudebat Emmanuel de Lyra Typog.  
Ano M D LXXXV.  
Cum facultate Inquisitorum.

M. VAL. MAR-  
TIALIS VITA EX PE-  
TRO CRINITO.



ARCUS Valerius Martialis ge-  
nere Hispanus fuit, Bilbili natu-  
rā hand ignobili oppido Celtiber. e-  
st ut veteres autores tradūt, & ipse  
Martialis cū pluribus locis de-  
monstrat, tum maxime his ver-  
sibus ad Licianum municipium

suum.

Vir Celtiberis non tacendæ gentibus,  
Nostræq; laus Hispanie,  
Videbis altam Liciane Bilbilim  
Equis & armis nobilem.

Sub primam etatem profectus est ad urbē Romā quæ  
facilius in literarū studio versari posset: suūq; inge-  
niū erudire. Sed cū ager: iis causis minimè se idoneū  
videret: omnē operā atq; diligentia retulit ad scriben-  
da epigrāmata: in quibus magnopere excelluit iudi-  
cio veterum. Maximè autē valuit in promerēdis sibi  
atq; cōciliandis hominū studiis: adeo urbanitate & sa-  
libus præstítit. Relata sunt à C. Plinio permulta de in-  
genio & eruditione Val. Martialis: quibus satis colli-  
gere possum us quanti fecerit hūc ipsum Poetā, quā-  
tūq; illius versibus oblectari cōsuēvit: sic enim scri-  
bit: Fuit Martialis ingenio acri, & qui plurimum in  
scribendo, & salis haberet, & fellis: neque cādoris mi-  
nus. Itaque minimè mirari oportet, si Aelius Verus  
Imperator (qui Cæsari Hadriano gratissimus fuit) so-  
litus est singulari affectu prosequi lepores atq; io-  
cos Poetæ Martialis, suumq; Virgilū vocare. Neque  
dubium

dubium est illum Romæ publicis honoribus ornatum;  
 atque honestatum fuisse. Nam cuestri dignitate do-  
 natus est, & prætura, & iure trium liberorum: ut ipse  
 de se testatur. Libros XII. epigrammaton composuit  
 miro ingenio, & singulari urbanitate: quibus adiecit  
 Xenia & Apophoreta libellis duobus absoluta. In his  
 secutus est M. sum Poetam, Pedonem, atque Getu-  
 licum. Valerium quoq; Catullum, & Licinum Cal-  
 lum plurimi fecit: qui in hoc scribendi genere insi-  
 gnes habiti sunt. In duodecimo libro Netuæ atque  
 Tiaiano Imperatori blanditus est, damnatis tempo-  
 ribus Domitiani Cæsaris. Ad eundem refertur specta-  
 culorum liber: qui extra ordinem aliorum haberur  
 à nostris Grammaticis: ut vetusti codices probat. Inter  
 amicos præcipue habuit Stellam Patauinum, Decianum,  
 Silium Italicum, Val. Flaccum, Parthenium, aliosq; cō-  
 plures, ad quos sæpenumero scribit. Stertinius vir cla-  
 rissimus (quem Martialis mutato nomine Auitum appellat)  
 tantum cœcessit ipsius ingenio atq; doctrinæ, ut vi-  
 uenti ad huc illi imaginem more veterum in sua Biblio-  
 theca posuerit. Postremo, cum Martialis foret pro-  
 uectior, tedium rerum urbanarum affectus in patria rediit.  
 atq; in natali solo paulo post interserit: non sine lacry-  
 mis, ac magno moerore C. Plinij, ut ingenuè testatus  
 est scripta epistola ad Corn. Priscum.

## PLINIUS IVNIOR CORN.

PRISCO SALVTEM.

Quod Audio Valerium Martialem decepsisse, & mole-  
 stè fero. Erat homo ingeniosus, acutus; & qui plu-  
 rimum in scribendo, & salis haberet, & fellis, nec cā-  
 doris minus. Prosecutus eram viatico secedentem,  
 dederam hoc amicitiae, dederam etiam versiculis,  
 quos de me composuit. Fuis moris antiqui, eos qui  
 vel angulorum laudes, vel urbium scriplerant, aut  
 honoribus, aut pecunia ornare. Nostris vero tem-

poribus, ve alia speciosa, & egregia, ita hoc in suis exoleuit. Nam postquam desimus facere laudanda, laudari quoque ineptum puramus. Quæris qui sunt versiculi, quibus gratiam retulerim? mitterem ad te ipsum volumen, nisi quosdam tenerem, Tu si placuerint hic, cæteros in libros requires. Ailoquitur musam. Mandat, ut domum meam in exquisitum querat, adeatq; reuerenter.

Sed ne tempore non tuo disertam  
Pulse ebria ianuam, videto.  
Totos dat tetricæ dies Mineruæ,  
Dum centum studet auribus vitorum,  
Hoc, quod secula, posteri q; possint  
Arpinis quoque comparare chartis.  
Seras tutiorib; ad lucernas.  
Hæc hora est tua, dum furit Lyæus,  
Dum regnar rosa, dum madent capilli,  
Tum me vel rigidi legant Canones.

Merito ne eum, qui hoc de me scripsit, & tunc dimittit  
amicissimè, & nunc amicissimum defunctum esse  
doleo? dedit enim mihi, quantum maxime po-  
tuit: datum amplius, si potuisset. Tametsi  
quid homini potest dari maius quam  
gloria, laus, & æternitas? Aeter-  
na quæ scripsit non erunt  
fortasse. Ille tamen  
scripsit tāquam  
futura.  
Vale.

M. V A L.

M. V A L. M A R-  
TIALIS EPIGRAMMATA.

S I N AMPHITHEATRVM  
C A E S A R I S.



ARBARA Pyramidum si-  
leat miracula Memphis,  
Assiduum \*iactet nec Baby-  
lona labor,  
\*Assyriu  
Nec triplex templo molles  
laudentur honores,  
Dissimuletq; Dcum cornibus  
ara frequens,  
Aëre nec vacuo pendentia  
mansolea

Laudibus immodicis CARES in astra ferant.  
Omnis Cæsareo cedat labor amphitheatro:

Vnum pro cunctis fama loquatur opus.

¶ A D E V N D E M C A E S A R E M.

Hic, vbi sydereus \*propius vidit astra colossus,

Et crescunt medi pœgmata celsa via,

Inuidiosa feri radiabant atria Regis,

Vnaq; iam tota stabat in urbe domus.

Hic, vbi conspicui venerabilis amphitheatri

Erigitur moles, stagna Neronis erant.

Hic, vbi miramur velocia munera thermas,

Abstulerat miseris teſta ſuperbus ager.

Claudi⁹ diffusas vbi porticus explicat umbras,

Vltima pars aulæ deficiens erat.

Keditta Roma ſibi eſt: & ſuat te præſide Cæſar,

Deliciae populi, quæ fuerant domini.

\*Propior.

VAL, MART. EPIC.

AD EVNDEM.

Quæ tam seposita est, quæ gens tam barbara, Cæsar,

Ex qua spectator non sit in urbe tua?

Venit ab Orphœo cultor Rhodopeius Hæmo,

Venit & epoto Sarmata pastus equo,

Et qui prima b. bit depreensi flumina Nili,

Et quem supremæ Tethyos vnda ferit.

Festinauit Arabs, festinauere Sabæi,

Ecilices nimbis hic maduere suis.

Crinibus in nodum tortis venite Sicambræ,

Atque aliter tortis crinibus Aethiopes.

Vox diuersa sonat populorum, est vox tamen una,

Cum verus patriæ diceris esse pater.

¶ AD EVNDEM, QVOD EX.

pulerit delatores.

Turba grauis paci, placideq; inimica quieti,

Quæ semper miseris sollicitabat opes,

Tradita Getulis, ne cepit arena nocentes:

Et delator habet, quod dabat, exilium.

Exultat Ausonia profugus delator ab urbe,

Impensis v tam principis annumeres.

¶ BLANDITVR CAESARI.

Nese miretur, Cæsar, longæua vetustas:

Quicquid fama canit, donat arena tibi.

¶ BLANDITVR EIDEM.

Belliger invictis quod Mars tibi sœvit in armis,

Non satis est, Cæsar: sœvit & ipsa Venus.

Prostratum Nemees & vastain valle leonem,

Nobile & Herculeum fama canebat opus.

Præsta fides raseat, nam post tua munera, Cæsar,

Hæc iam fœminea vtilimus acta manu.

¶ POENA LAUREOLI.

Qualiter in Scythica religatus rupe Prometheus

Affiduam nimio pectora pauit auem:

Nuda Calidonio sic pectora præbuit vrso,

No

IN AMPHIT. CAESARIS.

Non falsa pendens in cruce Lau: eolus.  
Vivebant laceri membris stillantibus artus,  
Inq; omni nusquam corpore corpus erat.  
Deniq; supplicium dederat necis ille paternæ,  
Veldomini iugulum foderat ense nocens,  
Templa vel arcano demens spoliauerat auro,  
Subdiderat sœuas vel tibi Roma faces.  
Vicerat antiquæ sceleratus crimina famæ:  
In quo, quæ fuerat fabula, pœna fuit.

¶ DE DAEDALO.

Dædale, Lucano cūm sit laceretis ab vrsō,  
Quām cuperes, pennas nunc habuisse tuas!

DE RHINOCE ROTE.

Praestit exhibitus tota tibi, Cæsar, arena,  
Quæ non promisit prælia Rhinoceros.  
O quām terribiles exarsit pronus in iras!  
Quantus erat cornu, cui pila taurus erat!

¶ DE LEONE QVI GVBER-

natorem offendit,

Læserat ingrato Leo perfidus ore magistrum,  
Ausus tam notas contempiare manus.  
Sed dignas tanto perfoluit criminis pœnas:  
Et qui non tulerat verbera, tela tulit.  
Quos decet esse hominum tali sub principe mores.  
Qui iubet ingenium mitius esse feris?

¶ DE VRSO.

Præceps sanguinea dum se rotat vrsus arena.  
Implicitam \* visco perdidit ille fugam.  
Splendida iam recto cessent venabula ferro,  
Nec volet excussa lancea torta manu.  
Deprendat vacuo venator in aëre prædam:  
Si caprare feras auctupis arte, placet.

¶ DE SVE, QVAE EX

vulnere peperit.

Inter Cæsareæ discrimina sœua Dianæ,

A 5

Fixisset

\* Implicitus.

V A L. M A R T I A L I S.

Fixisset grauidam cum lenis hasta suem,  
Exiliit partus miseræ de vulnere matris.

O Lucina ferox, hoc peperisse fuit?  
Pluribus illa mori voluisse saucia telis,

Omnibus ut natis triste pateret iter.

Quis negat esse satum inaterno funere Bachum?  
Sic genitum numen credite, nata fera est.

¶ D E E A D E M.

Icta graui telo, confossaq; vulnere mater

Sus pariter vitam perdidit, atque dedit.

O quam certa fuit librato dextera ferro.

Hinc ego Lucinæ credo fuisse manum.

Experca est numen moriens vtriusq; Diana,

Quaq; soluta parens, quaque perempta fera est.

¶ D E E A D E M.

Sus fera iam grauior maturi pignora ventris

Emisit fœtum: vulnere facta parens.

Nec iacuit partus: sed matre cadente cucurrit.

O quantum est subitis casibus ingenium.

¶ D E C A R P O P H O R O.

Summa tue, Meleagre, fuit quæ gloria famæ,

Quatuor Carpophori fulus aper?

Ille & præcipiti venabula condidit vrso,

Primus in Arctoi qui fuit arce poli:

Strauit & ignota spectandum mole leonem,

Herculeas potuit qui docuisse manus:

Et voluerem longo porrexit vulnere pardum,

Pemia cum laudis ferret, ad huc poterat.

¶ D E S V P P L I C E E L E P H A N T E.

Quod pius, & supplex elephas te, Cæsar, adorat,

Hic modo, qui tauro tam metu enlus erat:

Non sicut hoc iussus, nulloq; docente magistro:

Crede mihi numen sentit & illetum.

¶ D E T R I G I D E E T L E O N .

Lambere securi dextram consueta magistri

Tigr

IN AMPHIT. CAESARIS.

Tigris ab Hircano gloria rata ugo,  
Sexua ferum rabido lacerauit dente leonem:  
Res noua, non ullis cognita temporibus.  
Ausus est tale nihil, syluis dum vixit in altis:  
Postquam inter nos est, plus feritatis habet.

DE ELEPHANTE.

Qui modo per totam, flammis stimulatus, arenam  
Sustulerat raptas tauros in astra pilas,  
Occubuit tandem cornuto ardore potitus:  
Dum facilem tolli sic elephanta putat.

TASSENTATVR CAESARI.

Dum peteret pars hęc Myrinum, pars illa triūphum  
Promisit pariter Cæsar utraque manu.  
Non potuit melius litem finire iocosam.  
O dulce inuicti principis ingenium!

AD CAESAREM.

Quicquid in Orpheo Rhodope spectasse theatro  
Dicitur, exhibuit, Cæsar, arena tibi.  
Reoserunt scopoli, mirandaq; sylua cucurrit,  
Quale fuisse nemus creditur Hesperidum:  
Afflit immistum pecudum genus omne ferarum,  
Et supra vatem multa pependit ausis.  
Ipse sed ingrato iacuit laceratus ab viso.  
Hęc tamen ve res est facta, ita sicta alia est.

DE RHINOCEROTE.

Sollicitant pauididum Rhinocerota magistri,  
Seque diu magna colligit ira feræ:  
Desperabantur promissi prælia Martis:  
Sed tamen is rediit cognitus antè furor.  
Namq; grauem gemino cornu sic extulit ursum,  
Iactat ut impositas taurus in astra pilas.

DE CARPOPHORO.

Dorica quam certo venabula dirigit istu  
Factis adhuc teneri dextera Carpophori!  
Ille rulut geminos facile ceruico iuencos,

## V A L. M A R T I A L I S.

Illi cassit atrox bubalus, atque bison.  
 Hunc leo cum fugeret, præcepis in tela cucurrit.  
 In nunc: & lentas corripe, turba, moras.

## D E N A V M A C H I A.

Domitiani,

Si quis ades longis serus spectator ab oris,  
 Cui lux prima sacri munieris ipsa fuit:  
 Ne te decipiat ratibus naualis Enyo,  
 Et par vnda freis hic modo terra fuit.  
 Non credis: ipectes, dum laxent æquora Martem:  
 Parua mora est, dices, Hic modo pontus erat.

## D E N A T A T O R I B V S.

Lusit Nere dum docilis chorus æquore toto,  
 Et vario faciles ordine pinxit aquas.  
 Fusca dente minax nexu fuit anchora curuo?  
 Credidimus remos, credidimusque ratem,  
 Et gratuum nantris sydus fulgere Laconum,  
 Lataque perspicuo vela tumere sinu.  
 Quis tantas liquidis artes inuenit in vndis?  
 Aut docuit lusus hos Thetis, aut didicit.

## B L A N D I T V R C A E S A R I.

Secula Carpophorum, Cæsar, si prisca tulissent:  
 Iam nullum monstris orbe fuisset opus.  
 Non Marathon taurum, Nemee frondosa leonem.  
 Arcas Menalium non timuisset aprum.

\*Hoc amī Hec \* armata manus hydræ mors vna fuisset.  
 te manus. Huic percussa foret tota Chimæra semel.

\* Igni fe- Ign pedes \* posset sine Colchide vicere tauros:  
 ros. Soluere & Hesionen solus, & Andromeden.

Herculeæ laudis numeratur gloria, plus est.

Bis denas pariter per domuisse feras.

## L A V S A V G V S T I.

Augusti laudes fuerant, commitere classes,

Et freta nauali sollicitare tuba.

Cæsar is hæc nostri pars est quota? Vedit in vndis

Et Thetis ignotas, & Galatea feras.

Vidit in æquoreo feruentes puluere currus:

Et domini Triton ipse putauit equos.

Dumq, parat saui, ratibus fera prælia Nereus.

Abnuit in liquidis ire pedestri aquis.

Quicquid & in circu spectatur, & amphitheatro,

Diues Cæsarea præsttit vnda tibi.

Fucinus, & pigri taceantur stagna Neronis.

Hanc norint ynam secula Naumachiam.

# M. VAL. MAR-

## TIALIS EPIGRAMMATON.

LIBER PRIMVS.

**S**PERO, me secuturum in libellis meis tal-  
le temperamentum, vt de illis queri nō possit,  
quisquis de se bene senserit: cūm salua insimari  
quoque personarum reuterentia ludat, quæ anti-  
quis autorib[us] defuit: vt nominibus non tantum ve-  
teris abusi sint, sed etiam magnis. At mihi fama vi-  
lius constet, & probetur in me nouissimum ingenium.  
Absit iocorum nostrorum simplicitate malignus in-  
terpres, nec epigrammaton mea scribat. Improbè fa-  
cit, qui in alieno libro ingeniosus est.

### AD LECTOR EM.

Hic est, quem legis, ille, quem requiriſ,

Toto notus in orbe Martialis,

Argutis epigrammaton libellis:

Cui, lector studioſe, quod dedisti

Viuenti decus, atque ſentienti,

Rari post cineres habent Poēta.

### AD LIBRVM SVVM.

Argutanas mauis habitare tabernas:

Cūm tibi, parue liber, ſcripia noſtra vacent.

Nescis

V A L. M A R T I A L I S.

Nescis, heu, nescis domine fastidia Romæ.

Crede mihi nimium Martia turba sapit.

Maiores nusquam rhonchi: iuuenesq; senesq;;

Et pueri nasum Rhinocerotis habent.

Audieris cùm grande sophos, dum bala captas:

Ibis ab excuso missus in astra sagò.

Sed tu, ne toties dominî patiare lituras,

Néue notet Iusus tristis arundo tuos;

Aetereas lascivie cupis volitare per auras,

I fuge : sed poteris astutior esse domi.

¶ A D L E C T O R E M , V B I L I B R I V E N A L E S .

Qui tecum cupis esse meos vbi cunq; libellos,

Et comites longæ quæris habere viæ,

Hos eme, quos arctat brevibus membrana tabellis,

Scrinia da magnis, me manus una capit.

Ne tamen ignores ubi sim venalis, & erres,

Vrb vagus tota, me duce, certus eris.

Libertum docti Lúcenfis quare Secundum,

Limina post Pacis, Palladiumq; forum.

¶ A D M A R C V M .

Do tibi naumachiam, tu das epigrammata nobis.

Vis, puto, cum libro, Marce natare tuo.

DECIANI DOGMA LAVDAT.

Quod magni Thraseæ consummatiæ Catonis

Dogmata sic sequeris, saluus ut esse velis:

Pectore nec nudo strictos incurris in enses:

Quod fecisse velim te, Deciane, facis.

Nolo virum, facili redimit qui sanguine famam.

Hunc velo, laudari qui sine morte potest.

¶ I O C A T V R I N C O T T A M .

Beillus homo, & magnus vis idem Cotta videri.

Sed quis beillus homo est, Cotta pusillus homo est.

¶ D E G E M E L L O , E T M A R O N I L L A .

Petit Gemellus nuptias Maronillæ:

Et caput, & initat, & precatur, & donat.

A deo

Adeò ne pulchra est immo foedius nil est.

Quid ergo in illa appetitur, & placet rufus sit.

¶ AD SEXTILLIANVM POTOREM.

Cum data sit equiti bis quinque nomismata, quare

Bis decies solus, Sextilliane, bibis?

Iam defecisset portanteis calda ministros,

Si non potares, Sextilliane, merum.

¶ DE REGVLO.

Itur ac Herculei gelidas qua Tyburis arces,

Canaq; sulphureis Albula fumat aquis,

Rura nemusq; sacrum, dilectaq; iugera musis

Signat vicina quartus ab urbe lapis.

Hic rudis aestuas praestabat porticus umbras,

Heu quam pene nouum porticus ausa nephias.

Nam subito collapsa ruit! cum molle sub illa

Gestatus biuges Regulus esset equis,

Nimirum timuit nostras fortuna querelas,

Quae partam magnæ non era inuidia.

Nunc & damna iuvant, sunt ipsa pericula tanti:

Stantia non poterant testa probare Deos.

¶ DE ARRIA, ET PÆTO.

Castus suo gladium cum tarderet Atria Pæto,

Quem de visceribus traxerat ipsa suis,

Si qua fides, Vulnus, quod feci, non dolet, inquit,

Sed quod tu facies, hoc mihi, Pæte, dolet.

¶ AD CAESAREM.

Delicias, Cæsar, lususq; iocosq; leonum

Vidimus: hoc etiam præstat arena tibi,

Cum prensus blando toties à dente rediret,

Et per aperta vagus curreret ora lepus.

Vnde potest audius captæ leo parcere prædae

Sed tamen esse tuus dicitur, ergo potest.

¶ DE LEONE, ET LEPORE.

Ritibus gis tauros non eripuere magistri.

Per quos præda fugas, itq; reditq; lepus.

Quodque

## VAL. MARTIALIS.

Quodq; magis mirum, velocior exit ab hoste,  
 Nec nihil à tanta nobilitate refert;  
 Tuitio in sola non est cùm currit arena,  
 Nec caueæ tanta conditum ille fide,  
 Si vitare canum morsus, lepus improbe, quaeris.  
 Ad quæ configuias, orationis habes.

## ¶ AD LICIAM V M D E

Hispaniæ locis.

Vir Celibérēs non tacende gentibus,  
 Nostræq; laus Hispaniæ,  
 Videbis altam Liciane Bilbilim,  
 Equis, & armis nobilem:  
 Sterilemq; canum niuibus effractis sacrum  
 Vada Veronem montibus:  
 Et delicati dulce Botrodi niemus,  
 Pomona quo d felix amat.  
 Tepida natabis lenè Cogendi vada,  
 Mollesq; nympharum lacus,  
 Quibus remissum corpus astringes breui  
 Salone, qui ferrum gelat.  
 Præstabat illic ipsa figendas prope  
 Voberta prandenti feras.  
 Aestus serenos aureo franges Tago,  
 Obscurus vmbbris arborum.  
 Auidam rigens Dircenna placabit sitim,  
 Et Nemea, quæ vincit niues.  
 At cùm December canus, & Bruma impotens  
 Aquilone rauco mugiet,  
 Apricā repetes Tarraconis littora,  
 Tuamq; Laletaniām.  
 Ibi illigatus in ollibus damas plagiis  
 Macrabis, & vernas apros,  
 Leporemq; forti callidum rumpes equo:  
 Ceruos reliques villico:  
 Vicina in ipsum sylua descendet focum,

euphorio

Infar

Infante cinctum sordido.  
 Vocabitur venator, & veniet tibi  
 Conuia clamatus propè.  
 Lunata nusquam pellis, & nusquam togæ,  
 Olidæq; veste in urce.  
 Procul horridus Liburnus, & querulus cliens,  
 Imperia viduarum procul.  
 Non rumpet altum pallidus somnum reus,  
 Sed mane totum dormies.  
 Mercetur alius grande, & insanum sophos:  
 Miserere tu felicium.  
 Veroq; fruere non superbus gaudio,  
 Dum Sura laudatur tuus.  
 Non impudenter vita quod reliquum est, petiti:  
 Cum fama quod fatis est, habet.

## LOCVS EX HOMERO IN

cocum.

Sitibi Mistyllus cocum Aemiliane vocatur,  
 Dicitur quare non taratalla mihi?

## AD LEPOREM.

Non facit ad sauos ceuix, nisi prima leones,  
 Quis fugis hos dentes, ambitiose lepus?  
 Scilicet, a magnis ad te descendere tauris,  
 Et quæ non cernunt, frangere colla, velint.  
 Desperanda tibi est ingentis gloria fati,

Non potes hoc tenuis præda sub hoste morti.

## QVINTIANVM FACIT

assertorem.

Commendo tibi, Quintiane, nostros,  
 Nostros dicere si tamen libellos  
 Possum, quos recitat tuus Poeta.  
 Si de seruitio graui queruntur,  
 Assertor venias, satisq; præstes:  
 Et donec dominum vocabit ille,  
 Dicas esse meos, manuq; missos.

VAL. MARTIALIS.

Hoc si terque, quaterque clamitaris.  
Impones plagiarii pudorem.

AD FIDENTINVM.

Vna est in nostris tua, Fidentine, libellis  
Pagina, sed certa domini signata figura,  
Quae tua traduxit mani' esto carmina furto:  
Sic interpositus vilis contaminat vincto  
Vrbica Lingonicus Tyriauthina bardocucullus;  
Sic Arretinæ violant cystalina teste:  
Sic niger, in ripis errat cum forte Caystri,  
Inter Ledœos ridetur coruus olores:  
Sic ubi multisona feruet sacer Attide Iucus,  
Improba Cecropias offendit pica querelas.  
Indice non opus est nostris, nec vidince, libris.  
Stat conrà, dicitque tibi tua pagina, fur es,

DE AMICORVM IUDICIO.

Siquid Fusce vacas adhuc amari:  
(Nam sunt hinc tibi, sunt & hinc amici)  
Vnum, si superest, locum rogamus.  
Nec me, quod tibi sum nouus, recuscs.  
Omnes hoc veteres tui fuerunt.  
Tu tantum inspice, qui nouus paratur,  
An possit fieri vetus sodalis.

AD FRONTONEM, D<sup>E</sup>

VOTO VITAE SVÆ.

Vota tui breuiter. A vis cognoscere Marci,  
Clarum militiae, Fronto, togæque decus:  
Hoc petit, esse sui, nec magni, ruris arator,  
Sordidaque in paruis otia rebus amat.  
Quisquam picta colit Spartani frigura faxi,  
Et matutinum portat ineptus Aue:  
Cui licet exigui nemoris rurisque beati  
Ante focum plenas explicuisse plagas<sup>et</sup>  
Et pisces tremula salientem ducere seta,  
Flauaque de rubro promere mella cado?

Plagias

Pinguis inæquales onerat cui villica mensa,  
Et sua non emptus præparat oua ciuiss?

Non amet hanc vitam, quisquis me non amat, opto,  
Viuat & Urbanis albus in officijs.

## AD CAUPONEM

Continuis vexata madet vindemia nimbis:

Non potes, vt cuperes, vendere, Caupo, merum,  
AD FLACCUM.

de sportula.

Dat Bajana mihi quadrantes sportula centum.

Inter delicias quid facit ista fama?

Redde Lupi nobis, tenebrosaq; balnea Grylli.

Tam male cùm cœnem, cur bene, Flacce, lauo?

## DE LEPORE, ET

Leone.

Inter ampla licet torui lepus ora Leonis,

Effe tamen vacuo se Leo dente putat.

Quod ruet in ergum, vel quicq; procuberis armest?

Alta inuencorum vulnera figet vbi?

Quid frustra nemorum dominum, regemq; fatigast?

Non nisi delecta pascitur ille fera.

## AD LICIANVM, SCRIP-

tores vnde.

Verona docti syllabas amat vatis.

Marone felix Mantua est:

Censetur Apona Liuio suo tellus,

Stellaq;, nec Flacco minus:

Apollodoro plaudit imbrifer Nilus?

Nasone Feligni sonant:

Duosq; Senecas, vnicumq; Lucauria

Facundaloquitur Corduba.

Gaudet iocoiz Cario suo Gades,

Amerita Deciano meo.

V A L. M A R T I A L I S.

Te Liciane gloriabitur nostra,  
Nec me tacebit Bilbilis.

A D C E L E R E M.

Vt recitem tibi nostra rogas epigrammata, nolē.  
Non audire, Celer, sed recitare cupis.

A D C A E C I L I A N U M , D E  
genete, & declinatione sicutus.

Cūm dixi sicutus, rides quasi barbara verba:  
Et dici ficos, Cæciliæ, iubes.

Dicemus sicutus, quas scimus in arbore nasci.  
Dicemus sicutus, Cæciliæ tuos.

A D F V R E M D E L I B R O S V G.

Eritis meorum fur auare libitorum,  
Fieri p<sup>c</sup> etam posse qui putas tanti;  
Scriptura quanti constat, & tomus vñlis.  
Non sex paratur, aut decem sophos nummis,  
Secreta qua<sup>r</sup>e carmina, & rudes curas,  
Quas nouit vñus, scriboq; signatas,  
Cultodit ifse virginis pater chattæ,  
Qua<sup>r</sup> trita duro non inhorruit mento.

Mutare dominum non potest liber notus,  
Sed pumicata fionie si quis est nondum,  
Nec vmbilicis cultus, atque membrana,  
Mercare tales ab eo, nec sciet quisquam.  
Aliena quisquis recitat, quaerit & famam,  
Non emere librum, sed silentium debet.

A D C H A E R V L V M.

Liber homo es nimium, dicas mihi, Cherule, semper.  
In te qui dicit, Cherule, liber homo est.

A D M A X I M U M.

Cepit maxime Panā, quæ solebat  
Nunc ostendere Canium, Terentos.

A D L I B R U M.

Vade salutatum: pro me liber ire iuberis,  
Ad Proculi nitidos officiose lares.

Quær

Quæris iter? dicam. Vicinum Castora canæ

Transibis Vestæ, virginemque domum;  
Inde sacro veneranda petes pallatia cliuo,

Pluriuna qua summi fulget imago ducis,  
Nec te detineat \*miri radiata Collofisi,

Quæ Rhodium moles vincere gaudet opus.  
Flecte vias hac, quæ madidi sunt recta Lyæi,

Et Cybeles picto stat Corybante tholus.  
Protinus à læua clari sub fronte penates,

Atriaque excelsæ sunt adeunda domus,  
Hanc pete, ne metuas fastus limenque superbum:

Nulla magis toto ianua poste patet;

Nec propior quam Phæbus amat, doctæq; sorores,

Si dicet, Quare non tamen ipse venit?

Sic licet excuses, Quia qualiacunque leguntur

Ista, salutator scribere non potuit.

### AD FIDENTINVM.

Nostris versibus esse te Poetam,

Fidentinæ, putas, cupisque credi.

Sic dentata sibi videtur Aegle,

Emptis ossibus, Indicoque cornu.

Sic, quæ nigror est cadente moro,

Cerussata sibi placet Lycoris.

Hac & iam ratione, qua poeta es,

Caluus cum fueris, etis comatus.

### DE LINQ.

Dimidium donare Lino, quam credere totum,

Qui mauult, mauult perdere dimidium.

### AD FLACCVM.

O mihi curarum pretium non vile meatum,

Flacce Antenorei spes, & alumne laris.

Picrios differ catusque chorosque sororum.

Aes dabit ex istis nulla puella tibi.

Quid etis à Phœbo? nummos habet arca Miuerue?

Hæc sapit, hæc omnis fœnerat vna deos.

\*Alias, mi  
ro rad iata  
colore.

V A L. M A R T I A L I S

Quid possunt ederæ Bacchi date? Palladis arbos  
Inclinat varias pondere nigra comas.

Præter aquas Helicon, & ferta, lyrasque deorum  
Nil habet, & magnum semper inane sophos.

Quid tibi cùm Cirrha? quid cùm Permessidos vnde  
Romanum proprius, diuitiusque forum est.

Illie æra sonant: at circum pulpita nostra,  
Et sterilis cathedras, basia sola crepant.

D E F E S T O.

Indignas premeret pestis cùm tabida fauces,

Inque ipsos vultus ferperet attra lues:

Siccis ipse genis stentes hortatus amicos,

Decreuit Stygios Festus adire lacus,

Nec tamen obscuro pia polluit ora veneno,

Aut torsit lenta tristia fata fame.

Sanctam Romana vitam sed morte peregit,

Dimisitque animam nobiliore rogo.

Hanc mortem fatis magni præferre Catonis

Fama potest: huius Cæsar amicus erat.

A D A T T A L V M.

Semper agis causas, & res agis Attale semper.

Est, non est, quod agas. Attale, semper agis,

Si res, & causæ desunt: agis, Attale, mulas.

Attale, ne quod agas desit, \* agas animam.

A D C A N V M.

Sporeula, Cane, tibi suprema nocte petita est.

Occidit puto te Cane, quod vni fuit

A D S O S I B I A N V M

E seruo scis te genitum, blandeq; farris,

Cum dicis dominum, Sosibiane, patrem.

D E R E G V L O.

Hæc quæ puluere dissipata multo

Longas porticus explicat ruinas,

En quanto iacet absoluta casu.

Tectis nam iacdo Regulus sub illis

\*Cælius  
legit agas  
sinam.

Gestatus fuit at recessaratiq;:

Vixta est pondere cum suo repente:

Et postquam dominum nihil timet, bat,

Securo ruit interuenta damno.

Tantæ Regule, post metum querelex,

Quis curam neget esse te deorum,

Propter quam fuit innocens ruina?

### D E M A R I O . -

Venderet excultos colles etim præco facetus,

Atq; suburbanii iugera pulchra soli:

Errat, ait, si quis Mario putat esse necesse

Vendere: nil debet, fœnerat immo magis.

Quæ ratio est igitur? Setuos ubi perdidit omnes,

Et pecus, & fructus, non amat inde locum:

Quis facere pretium, nisi qui sua perdere velle?

Omnia? sic Mario noxius hæret ager.

### D E N O V I O M I C R O S P I C Q .

Vicinus meus est, manuq; tangi-

De nostris Nouius potest fenestris,

Quis non inuidet mihi? putetq;

Horis omnibus esse me beatum,

Iuncto cui liceat frui sodele?

Tam longe est mihi, quam Terentianus,

Qui nunc Niliacam regit Syenen.

Non conuiuete, nec videre saltem,

Non audire licet: nec vrbe tota

Quisquam est tam propè tam proculq; nobis?

Migrandum est mihi longius, velilli,

Vicus Nouio, vel inquiline

Sit; si quis Nouium videre non vult,

### A D F E S C E N N I A M .

Ne grauis hesterno fragres, Fescennia, vino,

P. fillos Cosmi luxoriosa voras.

Ita munt dentes ientacula: sed nihil obstant,

Extremo iugitu cum venit à barathro.

V A L . M A R T I A L I S .

Quid quod olet grauius mistum diapasmate viuis,  
Atque duplex animæ longius exit odor?  
Notas ergo nimis fraudes, depren' aq; furtæ  
Iam tollas, & sis ebria simpliciter.

A D . A L C I M V . M .

Alcime, quem raptum domino crescentibus annis,

**P**hario, Labicana leui cespite veLAT humus:

Accipe non \*Phario nutantia pondera saxo,  
Quæ cineri vanuscat ruitura labor:

Sed fragiles buxos, & opacas palmitis umbras,  
Quæque vitent lacrymis humida prata meis,

Accipe, chare puer, nostri monumenta doloris;  
Hic tibi perperuo tempore vinit honor.

Cum mihi supremos Lachesis peruenierit annos,  
Non aliter cineres mando iacere meos.

A D . C I N N A M .

Garris in aurem semper omnibus, Cinna:

Garris, & illud teste quod licet turba,

Rides in aurem, quereris, arguis, ploras:

Cantas in aurem, iudicas, taces, clamas,

Adeo, ne penitus sedit hic tibi morbus,

Vt saepe in aurem Cinna Cæfarem laudes!

A D . L A E L I V . M .

Cum tua non edas, carpis mea carmiga, Læli,

Carpere vel noli nostra, vel ede tua.

D E A Q V I N O .

Fabritio iunctus fido requiescit Aquinus,

Qui prior Elysias gaudet abisse domos.

Ara duplex primi testatur munera pili.

Plus tamen est, titulo quod breuijore legis.

Functus uterque acro laudatae fœdere vitæ,

Famaque quod saro nouit, amicus erat.

A D . H E L I V . M .

Quod clama semper, quid agètibus obstrepis,

Non facis hoc gratis: accipis, utracesas.

AD

## AD NAEVOLVM CAVSIDICVM.

Cum clamant omnes, loqueris tu, \* Ne uole, semper; \* Tūc Ne-  
Et te patronum, cauſidicūmque putas.  
Hac ratione potest nemo non eſſe diſertus.  
Ecce tacent omnes: Neuole dic aliquid.

## AD FLACCVM.

Litigat, & podagrāt Diodorus, Flaccē laborat.  
Sed nil patrono porrigit, hæc chiragra eſt.

## AD CALENVM AVARVM.

Non plenum modò vicies habebas:  
Sed tam prodigus, atque liberalis,  
Fec tam lautus eras, Calene, vt omnes  
Optarent tibi centies amici.  
Audit vota Deus precesque noſtras:  
Atque intra puto ſeptimas calendas  
Mortes hoc tibi quatuor dederunt.  
At tu ſic, quaſi non foret reliquum,  
Sed raptum tibi centies, abisti  
In tantam miser eſuritionem;  
Ut conuiua ſumptuofiora,  
Toto quæ ſemel apparas in anno,  
Nigræ ſordibus explices monetæ,  
Et ſeptem veteres tui fodales  
Conſtemus tibi plumbæa ſelibra.  
Quid dignum meritis precemur iſtis?  
Optemus tibi millies, Calene.  
Hoc ſi contigerit, fame peribis.

## DE AFRA VETVL A.

Mammaſ atque tatas haber Afra, ſed ipſa tatarum  
Dici, & mammarum maxima mamma potest.

## DE DEMETRIO.

Illa manus quondam ſtudiorum ſida meorum,  
Et felix domino, notaque Cæſaribus,  
Destitit primos virides Demetrius annos,  
Quarta tribus lustris addita messis erat.

VAL. MARTIALIS

Ne tamen ad Stygias famulus descenderet umbras,  
Vteret implicitum cum scelerata lues,  
Cauimus, & domini ius omne remisimus et gro.  
Munere dignus erat conualuisse meo.  
Sensit deficiens sua præmia, meque patronum  
Dixit, ad infernas liber iturus aquas,

AD LYCORIM.

Qui pinxit Venerem tuam Lycori,  
Blanditus, puto, pictor est Mineruæ.

AD SCAEVOLAM.

Si dederint superi decies mihi millia centum,  
Dicebas nondum, Scæuola, factus eques:  
Qualiter o viuam? quam largè? quanquæ beatè?  
Riserunt faciles, & tribuere Dei.  
Sordidior multò post hoc toga, penula peior:  
Calceus est sarta terq; quaterq; cute.  
Deq; decem plures semper seruantur oliuæ:  
Explicat & cœnas vñica mensa duas:  
Et veientani babitur fæx crassa Rubelli:  
Asse cicer tepidum constat, & asse focus.  
In ius, o fallax, atq; inficiator, eamus:  
Aut viue: aut decies, Scæuola, redde deis.

AD IVLIVM.

O mihi post nullos, Iuli, memorande sodales.  
Siquid longa fides, canaq; iura valent?  
Bis iam penè tibi Consul trigesimus instat,  
Et numerat paucos vix tua vita dies,  
Non bene distuleris, videoas quod posse negari.  
Et solum hoc ducas, quod fuit, esse tuum.  
Expectant cureq; catenatiq; labores:  
Gaudia non remanent, sed fugitiua volant.  
Hæc utraque manu, complexuq; affere toto:  
Sæpe fluunt imo sic quoq; lap' a sinu.  
Non est (crede mihi) sapientis dicere, Viuam.  
Sera nimiris vita est crastina: viue hodie.

AD

L I B E R . I .  
A D A V I T U M

14

Sunt bona, sunt quædam mediocria, sunt mala plura,  
Quæ legis: hic aliter non sit, Autem liber,

A D T I T U M

Cogit me Titus actitare causas:

Et dicit mihi s̄p̄e, Magna res est.

Res magna est Tite, quam facit colonus.

A D T V C C A M ,

Quid te Tucca iugat, vetulo miscere Falerno?

In Vaticanis condita musta cadis?

Quid tantum fecere boni tibi pessima vina?

Aut quid fecerunt optima vina mali?

De nobis facile est: scelus est iugulare Falernum,

Et dare campano toxica s̄p̄ua mero.

Coniuæ meruere tui fortasse perire:

Amphora non meruit tam pretiosa mori.

A D A E L I A M .

Si memini, fuerant tibi quatuor, Aelia dentes.

Expuit vna duos tuassis, & vna duos.

Iam secura potes totis tuassis diebus,

Nil istic quod agat tertia tuassis habet.

A D C A E C I L I A N U M .

Dic mihi, quis furor est turba spectante vocata,  
Solus boletos, Cæciliæ, voras?

Quid dignum tanto vent' iq; gulxq; precabor?

Boletum qualem Claudio edit, edas.

D E P O R S E N A , E T S C E V O L A .

Dum peteret regem, decepta satellite dextra,

Iniecit sacris se peritura fociis.

Sed tam sava pius miracula non tulit hostis:

Et raptum flammis iussit abire virum.

Vrere quam potuit contempto Mutius igne,

Hanc spectare manum Rōrsena non potuit.

Maior deceptæ fama est, & gloria dextræ,

Si non errasset, fecerat illa minuſs.

D E

VAL. MARTIALIS  
DE LEONE, ET LEPORE.  
Quid nunc saua fugis placidi, lepus, ora leonis?  
Frangere tam paruas non didicere feras.  
Seruantur magnis isti ceruibus vngues,  
Nec gaudet tenui sanguine tanta sitis.  
Præda canum lepus est, vastos non implet hiatus.  
Non timeat Dacus Cæsar's arma puer.

A D F A V S T I N V M.

Ede tuos tandem populo., Faustine libellos,  
Et cultum docto pectore profer opus:  
Quod nec Cecropiax damnet Pandionis arces:  
Nec fileant nostri, prætereantq; senes,  
Ante fores stantem dubitas admittere famam,  
Teq; piget curæ præmia ferre tuæ?  
Post te victuræ, per te quoq; viuere chartæ  
Incipient, cineri gloria seræ venit.

I N S E X T I L I A N V M.

Sextiliane b̄bis quantum subsellia quinq;  
Solus: aqua toties ebrius esse potes,  
Nec confessorum vicina nomismata tantum,  
Aera sel à cuneis vteriora petis.  
Non hæc Religñis agitur viudemia prælis:  
Vua nec in Tuscis nascitur sta iugis.  
Testa sed antiqui felix siccatur Opini,  
Egerit & nigros Massica cella cados.  
A caupone tibi fæx Laetana petatur:  
Si plusquam decies, Sextiliane, bibis.

A D P R O C I L L V M.

Hesterna tibi nocte dixeramus,  
Quincunces, puto, post decem peractos,  
Cœnares ho'je vt Procille mecum.  
Tu factam ibi rem statim putasti,  
Et non sobria verba subnotasti,  
Exemplo nimium periculoso.  
Μισθίμονα συμπότημ Procille,

LIBER I.  
DE ACERRA

Hesterno fætere qui credit Acerram.

Fallitur in luce in seniper Acerra babit.

IN FIDENTINVM.

Fama refert, nostros te, Fidentine, libellos,

Non aliter populo, quam recitare tuos.

Si mea vis dici, gratis tibi carmina mittam.

Si dicit tua vis: hæc eme, ne mea sint.

DE DIAVLO MEDICO,

Chirurgus fuerat, nunc est vespillo Diaulus.

Cœpit, quo poterat, Clinicus esse modo.

IN SABIDIUM.

Non amo te, Sabidi: nec possum dicere, quare.

Hoc tantum possum dicere, non amo te.

DE GELLIA.

Amissum non flet, cum sola est Gellia, partem.

Si quis adest, iussæ profiliunt lacrymæ.

Non luget, quisquis laudari, Gellia quærit.

Ille dolet verè, qui sine teste dolet.

AD LVCANVM ET TVLLVM.

Si, Lucane, tibi, vel si tibi, Tulle, darentur,

Qualia Ledæi fata Leones habent:

Nobilis hæc esset pietatis rixa duobus,

Quod pro fratemori vellet vterq; prior.

Diceret, infernas si quis priorisset ad umbras:

Viue tuo frater tempore, viue meo.

AD FIDENTINIVM.

Quem recitas, meus est, ô Fidentine, libellus.

Sed malè cum recitas, incipit esse tuus.

AD DECIANVM.

Si quis erit raro inter numerandus amicos,

Quales prisca fides, famaq; nouit aulos:

Si quis Cecropiae madidus, Latieq; Mineruæ

Aibus, & vera simplicitate bonus:

Si quis erit recti custos, \* imitator honesti,

\* Miratus

## VAL. MARTIALIS

Et nihil areano qui roget ore deos:  
 Si quis erit magna subnixus robore mentis:  
 Dispeream si non hic Decianus erit.

## AD LIVIDVM.

Qui ducis vultus, & non legi; ista libenter,  
 Omnibus inuidas, Liuide, nemo tibi.

## IN CAECILIVM.

Vrbanus tibi, Cæcili, videris.  
 Non es, crede mihi, quid ergo? vernæ.

Hoc quod Transyberinus ambulator,  
 Quipallentia sulphurata fractis

Permutat vitreis: quod otiosæ

Vendit qui madidum cicer coronæ:

Quod custos, dominusq; viperarum:

Quod viles pueri salatorium:

Quod fumantia qui tomacla faucus

Circunfert tepidis coccus popinis.

Quod non opimus Vrbicus Poëta:

Quod de Gadibus improbus magister.

Quare desine iam tibi videri,

Quod soli tibi, Cæcili, videris:

Qui Galbam salibus tuis, & ipsum

Posses vincere Sextium Caballum.

Non cuicunq; datum est habere nasum.

Ludit qui stolida procacitate,

Non est Sextius ille, sed Caballus.

## DE PORTIA.

Coniugis audisset fatum cum Portia Bruti,

Et subtracta sibi quereret arma dolor:

Nondum scitis, ait, mortem non posse negare

Credi leram, satis hoc vos docuisse patrem,

Dixit, & ardentes auido hibit ore fauillas.

Inunc, & ferrum turba molesta nega.

## IN MANCINVM

Bis tibitriceni fuimus, Mancine, vocatis;

Et posse;

Et postuum est nobis nil here, præter aprum.  
**N**on quæ de tardis seruantur vitibus ux.,  
 Dulcibus aut certant quæ melimela fauis.  
**N**on pyra, quæ lenta pendent religata genista,  
 Aut imitata breues punica mala rosas.  
**R**ustica lactantes nec misit fiscina metas:  
 Nec de Picenis vénit oliua cadis.  
**N**udus aper, sed & hic minimus, qualisq; nectari  
 A non armato pumilione potest.  
**E**t nihil inde datum est: tantum spectauimus omnes  
 Ponere aprum nobis, sic & arenæ solet.  
**P**onatur tibi nullus aper post talia facta:  
 Sed tu ponaris, cui Caridemus, apro.

## AD STELLAM.

Lasciuos leporum cursus, lufusq; leonum,  
 Quod maior nobis charta, minorq; gerit.  
**E**t bis idem facimus, nimium si, Stellæ, videtur  
 Hoc tibi, bis leporem tu quoq; pone mihi.

## DE LIBRO SVO.

Edita ne breuibus pereat mihi charta libellis,  
 Dicatur potius, ῥῷ οὐ απαμεῖθινθ.

## DE DIAVLO MEDICO.

Nuper erat medicus, nunc est vespillo Diaulus:  
 Quod vespillo facit, fecerat & medicus,

## DE LITORIBVS ALTINI.

Aemula Baianis Altiai littora villis  
 Et Phætontei conscia sylua rogi  
 Quæq; Antenoreo Dryadum pulcherrima Fauno,  
 Nupsit ad Euganeos sola puella lacus:  
 Et tu Ledæo felix Aquilea Timauro,  
 Hic ubi septenas Cyllarus hausit aquas.  
 Vos eritis nostræ portus, requiesq; senectæ,  
 Si iuris fuerint otia nostratui.

## AD POSTHVMVM.

Quod te manè domi totto non vidimus anno,

VAL. MARTIALIS

Vis dicam, quantum, Posthume, perdiderim?  
Tricenos, puto, bis: vicenos ter puto nummos.  
Ignoces: togulam, Posthume, pluris emo.

AD AVGUSTVM.

Sæpe meos laudare soles, Auguste, libellos.

Iuvidus ecce negat, non minus ergo soles.

Quid, quod honorato non sola voce dedisti,

Non alius poterat quæ dare dona mihi.

Ecce iterum nigros contorsit iuvidus vngues.

Da, Cæsar, tanto tu magis: ut doleat.

AD PUDENTEM.

Obstat, chare Pudens, nostris sua turba libellis:

Lectoremq; frequens laissat, & implet opus

Rara iuuant, primis sic maior gratia pomis:

Hybernæ pretium sic meruere rosæ,

Sæpius in libro memoratur Persius uno,

Quam leuis in tota Marsus Amazonide.

Tu quoq; de nostris releges quæcunq; libellis,

Esse puta solum: sic tib: pluris erit.

AD PISCATOREM.

Baiano procul à locu monemus

Piscator fuga, ne nocens recedas.

Sactis piscibus hæ natantur vnde,

Qui norunt dominum: manumq; lambunt

Illam, qua nihil est in orbe maius.

Quid quod nomen habent? & ad magistrum

Vocem quisq; sui venit citatus.

Hoc quondam Libys impius profundus,

Dum prædam calamo tremente ducit,

Raptis luminibus repente cæcus

Captum non potuit videre piscem:

Et nuac sacrilegos perosus hamos,

Baianos sedet ad lacus rogator.

At tu, dum potes, inocens recedes

Lactis simplicibus cibis in undas,

Et pisces

Et pisces venerare dedicatos.

## AD HIPPODAMVM.

Quod cupis in nostris, diciq; legi q; libellis:

Et non nullus honos creditur esse tibi.

Ne valeam, si non res est gratissima nobis,

Et volo te chartis inseruisse meis.

Sed tu nomen habes, auerio fonte sororum

Impositum, mater quod tibi dura dedit:

Quod neq; Melpomene, q; nec Polyhyminia possit,

Nec pia cum Phœbo dicere Calliope.

Ergo aliquod gratum Musis tibi nomen adopta.

Non semper belle dicitur Hippodamus.

## DE APE ELECTRO INCLVS A.

Et latet, & lucet Phaethontide condita gutta,

Vt videatur apis nectare clausa suo,

Dignum tantorum pietum tulit illa laborum:

Credibile est ipsam sic voluisse mori.

## AD SOSIBIANVM

Plena laboratis habeas cūm scrinia librīs:

Emittis quare, Sosibiane nihil?

Edent hæredes, inquis, mea carmina, quando?

Tempus erat iam te, Sosibiane, legi.

## AD ATTALVM.

Sordida cūm tibi sit: verum tamen, Attale, dicit

Quisquis te niueam dicit habere togam.

## DE PVGNADAMARVM.

Frontibus aduersis molles concurrere damas

Vidimus, & fati sorte iacere pari

Speciātūere canes prædam: stupuitq; superbus

Venator, cultro nil superesse suo.

Vnde leues animi tanto caluere furore?

Sic pugnant tauri, sic cecidere viri.

## AD OLVM.

Canat barba tibi, nigra est coma: tingere barbam

Non potes, hæc causa est: sed potes, Ole, comam.

VAL. MARTIALIS  
AD AFRVM.

Centum Coranus, & ducenta Mancinus,  
Trecenta debet Titius, hoc bis Alpinus,  
Decies Sabellus, alterumq; Seranus:  
Ex insulis fundisq; tricies soldum.  
Ex pecore redeunt ter ducenta Parmen&.  
Totis diebus Afer hoc mihi narras:  
Et teneo melius ista quam meum nomen.  
Numeres oportet aliquid, ut pati possim.  
Quotidianam refice nauicam numis.  
Audire gratis, Afer, ista non possum.

AD CHARINVM.

Argenti genus omne comparasti,  
Et solus veteres Myronis artes,  
Solus Praxitelis manus, Scopæque,  
Solus Phidiaci toreuma cœli,  
Solus Mentoreos habes labores.  
\* Ferræ. Nec desunt tibi \* vera Glaniana,  
Nec quæ Gallaico linuntur auro,  
Nec mensis anaglypta de paternis.  
Argentum tamen inter omne miror,  
Quare non habeas, Charine, purum.

AD POSTHVMVM.

Atria Pisonum stabant cum stemmate toto,  
Et docti Seneca ter numeranda domus.  
Prætulimus tantis solum te, Posthume regnis,  
Pauper eras, & eques: sed mihi Consul eras.  
Tecum ter denas numeraui, Posthume, brumas:  
Communis nobis lectus & unus erat.  
Iam donare potes, iam perdere, plenus honorum,  
Largus opum: exspecto, posthume, quid facias.  
Nil facis: & seru, est, alium mihi querere regem.  
Hoc fortuna placet? Posthumus imposuit.

IN MALE RECITANTEM  
Quid recitaturus circundas vellera collo?

Concupiscentia

## LIBER I.

**C**onueniunt nostris auribus illa magis.

## DE VESVIO MONTE.

Hic est pampineis viridis modo Vesvius umbris:

Præferat hic madidos nobilis vua lacus.

**H**æc iuga quæ Nyle colles plus Bacchus amauit;

Hoc nuper Satyri monte dedere choros.

Cuncta iacent flammis, & tristi mersa fauilla:

Nec superivellent hoc licuisse sibi.

## AD PHOE BVM.

**H**æc tibi pro nato plena dat latus acera,

Phæbe, Palatinus munera Parthenius:

**V**t qui prima nouo signat quinquennia lustro,

Impleat innumeras Burrus Olympias.

Fac rata vota patris: sic te tua diligit uxoris,

Gaudet & certa virginitate soror:

Perpetuo sic flore mices: sic denique non sint

Tam longæ Bromio quæm tibi Phœbe, comix.

## DE SABELLO.

Saturnalia diuitem Sabellum

Fecerunt, merito tumet Sabellus:

Nec quemquam putat esse prædictatq;

Inter causidicos beatorem.

Hos fastus animo sique dat Sabello

Fratri semodius, fabæque fressæ,

Et turis piperisque tres selibræ,

Et lucanica ventre cum Falisco,

Et nigri Syra defruti lagena,

Et fucus Libicæ gelata testa,

Cum bulbis cochleisque caseoqué,

Piceno quoque venit à cliente

Parcae cistula non capax oliuae,

Et crasso figuli polita cœno

Septenaria synthesis Sagunti,

Hisq; luteum rotæ toreuma,

Et lato variata mappa clavo,

VAL. MARTIALIS.

Saturnalia fructuosiora

Annis non habuit decem Sabellus.

D E P H A E T H O N T E.

Encaustus Phaethon tabula tibi piatus in hac est.

Quid tibi vis, Dipylon qui. Phaethonta facis?

A D F L A C C V M

Nescis, credi mihi, quid sint epigrammata, Flacce.

Qui tantum lusus illa, iocosq; putas.

Ille magis ludit, qui scribit prandia seui

Tereos, aut cœlam, crude Thyeste, tuam.

Aut puerο liquidas aptantem Dædalon alas,

Pascentem Siculas aut Polyphe mon oues.

A nostris procul est omnis velica libellis.

Musa nec insano syrmate nostra tumet.

Illa tamen laudant omnes, mirantur, adorant.

Confiteor, laudant illa, sed ista legunt.

I N C A E C I L I A N V M.

Cum tibi non essent sex milia, Cæciliane:

Ingentilate vectus es hexaphoro.

Postquam bis decies tribuit Dea cæca, sinumq;

Ruperunt nummi factus es, ecce pedes.

Quid tibi pro meritis, & tantis laudibus optem?

Dij reddant sellam, Cæciliana, tibi.

A D C O S M V M.

Hunc quem sœpè vides inter penetralia nostræ

Pallados, & templi limina, Cosme noui,

Cum baculo, peraq; senem: cui cana putrisq;

Stat coma, & in peccatis sordida barba cadit,

Cerea quem nudis tegit vxor abolla grabati,

Cui dat latratos obuia turba cibos,

Esse putas Cynicin, deceptus imagine falsa.

Non est hic Cynicus, Cosme: quid ergo? canis.

A D C O L I N V M.

O cui Tarpeias licuit contingere quercus,

Et meritas prima cingere fronde comas:

Si sapi

Si sapis utaris totis, Coline, diebus:

Extremumque tibi semper adesse putas.

Lanificas nulli tres exorare puellas

Contigit: obseruant, quem statuere diem.

Divitior Crispo, Thrasea constantior ipso,

Lautior & nitido sis Meliore licet:

Nil adicit pensa Lachesis, fusoque sororum:

Explicat, & semper de tribus una necat.

AD LV CIV M.

Luci, gloria temporum tuorum,

Qui Gaurum veterem, Tagumque nostrum

Arpiscedere non finis disertis,

Argias generatus inter urbēs:

Thebas carmine cantet, aut Mycenas,

Aut claram Rhodon, aut libidinosæ

Ledæas Lacedemonis palæstras,

Noe Celtis genitos & ex Iberis,

Nostræ nomina duriora terræ

Gratos non pudeat referre versu:

Sæuo Bilbilin optimam metallo,

Quæ vincit Chalibasque, Noricosque.

Et ferro Plateam suo sonantem,

Quam fluctu tenui, sed inquieto

Armorum salo temperator ambit,

Tutelamque chorosque Risamorum,

Et conuiua festa Carduarum,

Et textis Peteron rosis rubentem,

Atque antiqua patrum theatra \*Ripas,

Et certos iaculo leui Sueuos,

Turgentisque lacus, Petusiaeque,

Et paruae vada pura Touenissæ,

Et sanctum Durationis ilicetum,

Per quod vel piger ambulat viator,

Et quæ fortibus excusat iuencis

Curus Manlius arua Matinæssæ.

\* Rigas.

V AL. MARTIALIS

Hæc tam rustica, delicate lector,  
Rides nominat rideas licebit,  
Hæc tam rustica malo quam Britannos.

I N G A R G I L I A N V M.

Munera quod senibus, viduisq; ingentia mittis;  
Vis te munificum, Gargiliane, vocem?  
Sordidius nihil est, nihil est te spurius uno,  
Qui potes insidias dona vocare tua?  
Sic audis fa'lax in ulget piscibus hamus,  
Callida si stultas decepit esca feras.  
Quid sit largiri, quid sit donare docebo,  
Si nescis: dona, Gargiliane, mihi.

A D F A V S T I N V M.

Dum nos blanda tenent lasciu*i* stagna Lucrini,  
Et quæ pumiceis fontib*i* antra calent:  
Tu colis Argum regnum, Faustine, coloni,  
Quo te bis dicens us dicit ab vib*e* lapis.  
Herrida sed feruent Nemeæi pectora monstri,  
Nec satis est Baia*i* igne calere suo.  
Ergo sacri fontes, & littera sacra valete,  
Nymphae pariter, Nerei dum o*m* domus,  
Herculeos colles gelida vos vicere b*u*ma,  
Nunc Tyburtinis cedite frigoribus.

D E V I P E R A E L E C T R O

inclusa.

Flentibus Heliadum ramis dum vipsa serpit,  
Fluxit in ebsantem succina gemma feram;  
Quæ dum miratur pingui se rorè teneri,  
Concreto riguit vindicta repente gelu.  
Ne tibi regali placeas Cleopatra, sepulchro:  
Vipera si tumulo nobiliore iacet.

D E C V R A T I O.

Ardea solstitio, Pæstanaque ru*a* petantur;  
Quique Cleonao sidere scieret ager:  
Cum Tyburtinas dampct Curajus auras,

Inter laudatas ad Stryga missus aquas.  
Nullo fata loco possis excludere: cùm mors  
Venerit, in medio Tyburi Sardinia est.

## IN M A N C I N V M.

Donaſſe amicum tibi ducenta, Mancine,  
Nuper superbo latus ore iactasti.  
Quartus dies est, in schola Poetarum  
Cùm ſabulamur, millibus decem dixti  
Emptas lacernas munus eſſe Pompillæ:  
Sardonycha verum, lineisq; ter cinctum,  
Duasq; ſimiles fluctibus maris gemmas  
Dedisse Bassam Cœliumque iurasti.  
Herè de theatro Pollione cantante,  
Cùm ſubito abires, dum fugis, loquebaris,  
Hæreditatis tibi trecenta veniffe,  
Et manè centum, & post meridiem centum,  
Quid tibi ſodales fecimus mali tantum?  
Miferere iam crudelis, & file tandem:  
Aut ſi tacere lingua non potest ista,  
Aliquando narra quod, Mancine, velimus.

## DE CAERELIA.

Dum petit à Baulis mater Cærelia Baias,  
Occidit insani criminè mera freti.  
Gloria quanta perit vouis'hæ monſtra Neroni  
Nec quoniam iuſſe præſtiteratis aquæ.

## DE HORTIS MARTIALIS.

Tulliugera pauca Martialis,  
Hortis Hesperidum beatiora,  
Longo Ianiculi iugo recumbunt.  
Latij colibus emiſſent recessus:  
Et planus modico tumore vertex  
Cœlo perfruitur ſereniore.  
Ecce uas nebula regente valles,  
Soluſuce nitet peculiari.  
Phrisa grater admorcentur astris

\*vultris.

Celsus

VAL. MARTIALIS

Celsæ culmina delicata villa.

Hinc septem dominos videre montes.

Ettotam licet æstimare Romam,

Albanos quoq; Tusculosq; colles,

Et quodcunq; jacet sub urbe frigus,

Fidenas veteres, breuesque Rubras,

Et quod virginæ cruce gaudet,

Annæ pomiferum nemus Perennæ.

Illic Flaminiae Salariaeque

Gestator patet effedo tacente,

Ne blando rota sit molesta somno,

Quem nec rumpere nauticum celeusma,

Nec clamor valet helciariorum:

Cum sit tam propè M. Iulius sacrumque

Lapsæ per Tyberim volent carinæ.

Hoc ius, seu potius domus vocanda est,

Commendat dominus, tuam putabis,

Tam non inuidia, tamque liberalis,

Tam comi patet hospitalitate.

Credas Alcinoi pios penates,

Aut facti modò diuitis Molorchi.

Vos nunc omnia parua qui putatis,

Centeno gelidum ligone Tybur.

Vel Prænestine domate, pendulanque

Vni dedit Sætiām colono:

Dum, me iudice, præferantur istis

Tulli iugera pauca Martialis.

DE PHILAE NI,

Oculo Philænis semper altero plorat.

Quo fiat istud queritis modo? lusca est,

AD LINVM.

Egisti vitam semper, Line, municipalem:

Qua nihil omnino dulcius esse potest.

Idibus & raris togula est excusla Calendis;

Duxit ad æstates synthesis vna decem.

Saltus aprum, campus leporem tibi misit inemptum:  
 Sylua grauis turdos exagitata dedit.  
 Raptus flumineo venit de gurgite pisces:  
 Vina rubens fudit non peregrina cadus.  
 Nec tener Argolica missus de gente minister,  
 Sed stetit inculti rustica turba foci.  
 Villica, vel duri compressa est nupta coloni,  
 Incaluit quoties saucia vena mero.

Nec nocuit teatis ignis, nec Sirius agris:  
 Nec mersa est pelago, nec fluit vlla ratis.  
 Supposita est blando nunquam tibi tessera talo,  
 Alea sed parec sola fuere nuces.

Dic ubi sit decies mater quod auara reliquit?  
 Nusquam est fecisti rem, Line, difficilem.

## IN PRAETOREM.

Prætorem pauper centum festertia Gaurus  
 Orabat, cara notus amicitia:

Dicebatq; , suis hæc an tūm deesse trecentis,  
 Ut pesset domino plaudere \* iussus eques.

Prætor ait, Scis me Scorpo, Thalioq; daturum:  
 Atque utinam centum millia sola darem.

Ah pudet ingratæ, pudet ah malè diuitis arcæ:  
 Quod non das equiti, vis dare, Prætor, equo.

\* Iussus.

## AD SEXTVM.

Inuitas centum quadrantibus, & bene coenæ.  
 Ut coenem inuitor, Sexte, an ut inuideam?

## DE SPECTACULO.

Picto quod iuga delicate collo  
 Pardus sustinet, improbaque tigres  
 Indulgent patientiam flagello:  
 Mordent aurea quod lupata cerui:  
 Quod fræno Libyci domantur vrsi:  
 Et, quantum Calydon tulisse fertur,  
 Pareat purpureis aper capistris:  
 Turpe, seda quod trahunt bisontes:

V A L. M A R T I A L I S.

Et molles dare iussa quod choreas  
Nigro bellua nil negat magistro:  
Quis spectacula non putet deorum?  
Hec transit tamen, ut minora, quisquis  
Venatus humiles videt leonum,  
Quos velox leporum timor fatigat.  
Dimitunt, repetunt, amantq; captos:  
Et securior est in ore praeda,  
Laxos cui dare, peruiosq; rictus  
Gaudent, & timidos tenere deates,  
Mollem frangere dum pudet rapinam,  
Stratis cum modo venerint iuuencis,  
Hec clementia non paratur arte,  
Sed norunt cui seruant leones.

A D O V I D I V M.

In Nomentanis Ouidi, quod nascitur agris,  
Accepit quories tempora longa merum,  
Exuit annosa mores, nomenq; sene&a:  
Et quicquid voluit, testa vocatur anus.

A D L V C I V M I V L I V M.

Sæpe mihi dicis, Luci carissime Iuli,  
Scribe aliquid magnum, desidiosus homo es.  
Otiu[m] nobis: sed qualia fecerat olim  
Mœcenas Flacco, Virgilioq; suo.  
Condere viaturas tentem per secula curas:  
Et nomen flammis eripuisse meum?  
In steriles campos nolunt iuga ferre iuuenci:  
Pingue solum lassat, sed iuuat ipse labor.

A D G A L L V M.

Est tibi, sitq; precor multos, crescatq; per annos,  
Pulchra quidem, verum Transtyberina domus.  
At mea Vipsanas spectant coenacula laurus:  
Factus in hac ego sum iam regione senex.  
Migrandum est: ut inane domi te, Galle, salutem:  
Et tanti, vel si longius illa foret,

Sed

L I B R . I.

sed tibi non multum est, vnum si praeflo togatur.  
Multum est, hunc vnum si mihi, Galle nego.  
Ipse salutabo decima, vel serius, hora:  
Mane tibi pro me dicat auere liber.

A D V E L O C E M.

Scribere me quereris, Velox, epigrammata longa:  
Ipse nihil scribis, tu breuiora facis.

A D R E G V L V M.

Cum tibi sit sophiae pars fama, & cura deorum,  
Ingenio pietas nec minor ipsa tuo:  
Ignorat meritis dare munera, qui tibi librum,  
Et qui miratur, Regule, tura ari.

I N P R I S C V M.

Cum te non nossem, dominum, regemque vocabam:  
Cum bene te noui, iam mihi Priscus eris,

A D L E C T O R E M.

Quaeunque lusi iuuenis, & pue quondam,  
Afinasque nostras, quas nec iisse iam noui,  
Malè collocare si bonas voles horas,  
Et inuidebis otio tuo, lector:  
A Valleriano Pallio petes Quinto,  
Per quem perire non licet meis nugis.

A D F A V S T I N V M.

Hoc tibi vicinos, Faustine, Telesphorus hortos  
Foenius, & breuerus, vdaque prata tenet:  
Condidit hic natæ cineres, nomenque sacrauit,  
Quod legis, Antullæ, dignior ipse legi.  
Et Stygias æquum fuerat patrem iste sub umbras.  
Sed quia non licuit, viuit, ut ossa colat.

D E A N T V L L A.

Hoc nemus æterno cinerum sacrauit honore  
Foenius, & culti iugera paucæ soli.  
Hoc regitur cito rapta suis, Antulla, sepulchro:  
Hoc sit Antullæ mistus uterque parens.  
Si cupit hunc aliquis, moneo, ne speret agellum.

Perpetuo

V A L. M A R T I A L I S.

Perpetuò domini seruiat iste suis.

I N L V P E R C I V M.

Occurris quoties, Luperce, nobis,  
Vis mittam puerum subinde dicis,  
Cui trā las epigrammatō libellum,  
Lectum quem tibi protinus remittam?  
Non est quōd puerum, Luperce, vexes.  
Longum est, si velit ad Pyrum venire:  
Et scalis habito tribus, sed altis.  
Quod quæris, proprius petas licebit.  
Argi nempe soles subire lethum.  
Contra Cæsaris est forum taberna,  
Scriptis postibus hinc & inde totis,  
Omnes ut citō perlegas poetas:  
Illinc me pete, ne roges Atreūtum:  
Hoc nomen dominus gerit tabernæ.  
De primo dabit alterō ve nido.  
Rasum pumice, purpuraque cultum  
Denariis tibi quinq; Martialem.  
Tanti non es, ais: sapis, Luperce.

A D C A E C I L I A N V M.

Cui legisse satis non est epigrammata centum,  
Nil illi satis est, Cæciliane, mali.

M. V A L. M A R T I A L I S  
EPIGRAMMATΩN.  
L I B E R II.

Q V I D nobis inquis cum epistola? parum' ne tibi  
præstamus si legimus epigrammata? Quid hic  
porro dicturus es quod non possis versibus di-  
cere? Video quare Tragœdi epistolam accipiant, qui-  
bus pro se loqui non licet. Epigrammata C ratione  
non egent: & contenta sunt sua, id est, mala iugula. In  
quacunq;

quacunque pagina yisum est, epistolam faciunt. Noli ergo (si tibi videtur) rem facere ridiculam, & togam saltanti inducere personæ. Denique videoas ante delectet contra retiarium ferula. Ergo inter illos sedeo qui protinus reclamant, Puto, me hercule, Deciane, verum dicis. Quid si scias cum qua, & quam longa epistola negotium fueris habiturus? Itaq; quod exigis, fiat. Debebunt tibi, si qui in hunc librum incidunt, quod ad primam paginam non lapsi peruenient.

## AD LIBRVM SVVM.

Tercentena quidem poteras epigrammata ferra:

Sed quis te ferret, perlegeretque liber?

At nunc succincti qua sunt bona disce libelli.

Hoc primum est, brevior quod mihi charta perit;

Deinde quod haec una peragit librariis hora:

Nec tantum nugis seruiet ille meis.

Tertia res haec est, quod sicui forte legēris,

Sis licet usque malus, non odiosus eris.

Te coniuia leget misto quincunce: sed antē

Incipiat positus quam tepuisse calix.

Esse tibi tanta cautus breuitate videris.

Hei mihi quam multis sic quoque longus eris.

## AD CAESAREM DOMITIANVM.

Creta dedit magnum: maius dedit Africa nomen,

Scipio quod victor, quodque Metellus habet.

Nobilius domito tribuit Germania Rheno,

Et puer hoc dignus nomine, Cæsar, eras.

Frater Idumæos meruit cum patre triumphos.

Quæ datur ex Dacis laurea, tota tua est.

## AD SEXTVM.

Sexte, nihil debes, nihil debes, Sexte, fatemur.

Debet enim si quis solvere, Sexte, potest.

## AD DECIANVM.

Ne valcam, si non totis, Deciane, diebus,

V A L. M A R T I A L I S.

Et tecum totis noctibus esse velim,  
Sed duo sunt quæ nos distingunt millia passuum.  
Quattuor hæc sunt cum redditurus esam.  
Sæpe domini non es: cùm si, quoque, sæpe negari;  
Vel tantum causis, vel tibi sæpe vacas.  
Te tamen ut videam, duo millia non piget ire:  
Ut te non videam, quattuor ire piget.

A D S E V E R V M.

In nunc, edere me iube libellos:  
Lectis vix tibi paginis duabus,  
Spectas *Ισχαλοκωλυθη*, Seuere,  
Et longas trans oscitationes.  
Hæc sunt quæ relegante me solebas  
Raptim scribere, sed Vitellianis.  
Hæc sunt singula quæ sinu ferebas  
Per coniuia cuncta, per theatra.  
Hæc sunt, aut meliora, si qua nescis.  
Qui p rodest mihi tam macer libellus,  
Nullo crassior ut sit umbilico.  
Si totus tibi triduo legatur?  
Nusquam deliciæ superiores.  
Laetus tam citò deficis viator,  
Et cùm currere debeas Bouillas,  
Interiungere queris ad Camænas.  
In nunc, edere me iube libellos.

I N A T T A L V M.

Declamas bellè: causas agis, Attale, bellè:  
Historias bellas, carmina bella facis.  
Componis bellè mimos, epigrammata bellè.  
Bellus Grammaticus, bellus es astrologus:  
Et bellè cantas, & saltas, Attale, bellè:  
Bellus es arte lyræ, bellus es arte pilæ:  
Nil bene cùm facias, facis attamen omnia bellè:  
Vis dicam, quis sis: magnus es ardicio.

## AD LECTOREM.

Siqua videbuntur chartis tibi, lector, in istis

Siue obscura nūmis, siue Latina parum:

Non meus est error, nocuit librarius illis,

Dum properat versus annumerare tibi.

Quod si non illum, sed me peccasse putabis:

Tunc ego te credam cordis habere nihil.

Ista tamen mala sunt: quāti nos manifesta negemus

Hæc mala sunt: sed tu non meliora facis.

## AD RVFVM, DE SELIO.

Quòd fronte Selium nubila vides, Rufe,

Quod ambulator porticum terit serus,

Lugubre quiddam quòd tacet piger vultus,

Quod penè terram tangit in lecens nałus,

Et dextra pectus pulsat, & comam vellit:

Non ille amic i fata luget aut fratri:

Vterque natus viuit, & precor viuat:

Salua est & vxor, sarcinęq; seruique:

Nihil colonus villicusq; decoxit.

Maroris igitur causa quæ est: domi cœnat.

## IN POSTHVM.

Hoc mihi suspectū est q; oles bene, Posthumus, sēper,

Posthumus non bene olet, qui bene semper olet.

## AD SEXTVM.

Et iudex petit, & petit patronus.

Solus censeo, Sexte, creditorī.

## IN HERMV.

Quòd nulli calicem tuum propinas,

Hunianè facis, Herme, non superbē.

## IN ZOILVM.

Zoilus ægrotat: faciunt hanc stragula febrem.

Si fuerit sanus, coccina quid facient?

Quid torus à Nilo, quid sindone tintus olent?

Ostendit stultas quid nisi morbus opes?

Quid vicum medicis? Dimitte Machaonas omneis.

V A L . M A R T I A L I S

Vis fieri sanus? stragula sume mea.

I N M A X I M V M .

Capto tuam, pudet heu, sed capto, Maxime, cœnam

Tu captas alias, tam sumus ergo pares.

Manè salutatum venio: tu dice: is ille

Ante salutatum, iam sumus ergo pares.

Sun comes ipse tuus, tumidi que ante abulo regis:

Tu comes alterius, iam sumus ergo pares.

Esse sat est seruum: iam nolo vicarius esse.

Qui rex est, regem, Maxime, non habeat.

I N Z O I L V M .

Felicem fieri credis me, Zoile, cœna.

Felicem, cœnam, Zoile, dando tuam?

Debet Aricino coniuua recumbere cliuo,

Quem tuam felicem, Zoile, cœna facit.

D E P A V L L O .

Carmina Paullus emit: recitat sua carmina Paullus.

Nam quod emas, possit dicere iure tuum.

I N C A N D I D V M .

Sidet iniqua tibi tristem fortuna reatum.

Squalidus hærebo, pallidiorque reo.

Si iubeat patria damnatum excedere terra,

Per freta, per scopulos exulis ibo comes.

Dat tibi diuitias: ecquid sunt ista duo rum?

'Das partem, multum est: Candide das aliquid.

Mecum ergo miser es. Quod si Deus ore sereno

Annuerit felix, Candide solus eris.

D E S E L I O .

Laudan em Selium, cœnæ cùm retia tendit,

Accipe siue legas, siue patronus agas.

Effortè, grauiter, citò, nequiter, euge, beatè.

Hoc volui: facta est iam tibi cœna, tace.

A D R V F V M .

Rufe, vides illum sub sellia prima tenentem,

Cuius & hinc lucet sardonychata manus.

Quaq

Quæ sic Tyrone toties epotauerelacernæ,  
Et uoga non tagas vincere iusta niues?

Cuius olet toto pinguis coma Marcelliano,  
Et splendent vulso brachia trita pilo?

Non extrema sedet lunata ligula planta:

Coccina non læsum pinguit aluta pedem,  
Et numerosa linunt stellantem splen.a frontem.

Ignoras quid sit? splen.a tolle leges.

## IN CA IV M.

Mutua viginti festertia forte rogabam,

Quæ vel donanti non grata munus erant,  
Quippe togabatur fidusque veterusq; sodalis,  
Et cuius laxas areæ flagellat opes.

Is mihi: Diues eris si cauas egeris, inquit.

Quod peto da, Cai: non peto con ilum.

## IN PONTICVM.

Lis mihi cum Balbo est, tu Balbū offendere non vis,

Pōtice. cū Licino est: hic quoq; magnus homo est.

Vexat sape meum Patrobas confinis agellum:

Contra libertum Cæsaris ire tinies.

Abnegat, & retinet nostrum Laronia seruum.

Responde, Orba est, diues, anus, vidua.

Non bene, trede mihi, seruo seruitur amico.

Sit liber, dominus qui volet esse meum.

## AD PHOE BV M.

Cūm sint crura tibi, simulent quæ cornua lunaæ.

In Rhytio poteras, Phœbe lauare pedes.

## IN CAECILIA NV M.

Quicquid ponitur hinc, & inde verris:

Mammas suminis, imbiticemq; porci,

Communemque duobus a ragenam,

Mullum dimidium, lupumque totum,

Murenæque latus, femurque pulli,

Stilla, & mque alica sua palumbum.

Hac cum condita sunt madente mappa,

\*Felixq;

V A L. M A R T I A L I S

Traduntur puer domum ferenda.

Ios accumbimus otiosa turba.

Vllus si pudor est, repone cœnam.

Cras te Cæciliane non vocabo.

I N L I N V M.

Quid mihi reddat ager, quæris, Line, Nomentanus.

Hoc mihi reddit ager: te, Line, non video.

I N T O N G I L V M.

Vri Tongilius male dicitur hemitritæo.

Noui hominis mores: esurit, atque sitit.

Subdola tenduntur crassis modo retia turdis,

Hamus & in nullum mittitur, atque lupum.

Cecuba siccantur, quæque annus coxit Opimi,

Condantur parco fusca falerna viro.

Omnes Tongilium medici iussere lauari

O stulti, febrem creditis esse? gula est.

I N C A N D I D V M.

Cidide, κοινὰ φίλων, hęc sunt tua, Candide, πάντα.

Que tu magniloquus nocte, dieq; sonas.

Te Lacedemonio velat toga lota galeso,

Vel quem seposito de grege parma dediti

At me, quæ passa est furioli cornua tauri,

Noluerit dici quam pilæ prima suæm.

Misit Agenoreas Cadmi tibi terra lacernas:

Non vendes nummis coccina nostra tribus.

Tu Libykos Indi suspendis dentibus orbes:

Fulcitur testa fagina mensa mihi.

Immodici tibi flava tegunt Chrysænteta nulli;

Concolor in nostra caminare lance tubes.

Ex opibus tantis veteri, fidoq; sodali

Das nihil, & dicis, Candide, κοινὰ φίλων.

I N S E X T V M.

Emi seu puerum, togamve pexam,

Seu tres vel puto, quatuorve libras:

Sextus protinus ille fænerator.

Quæ-

Quem nostis veterem meum sedalem,  
 Ne quid forte petam, timeret, cauetq;.  
 Et secum sic, ut audiam, susurrat,  
 Septem millia debo Secundo,  
 Phœbo quatuor, undecim Philero,  
 Et quadrans mihi nullus est in arca.  
 O grande ingenium mei sodalis!  
 Durum est, Sexte, negare, cum rogeris.  
 Quanto durius, antequam rogeris?

## IN NAEVOLVM.

Florida per varios ut pingitur Hybla colores,  
 Cum breue Sicanæ ver populantur apes,  
 Sic tua suppositis per lucent prela laceris,  
 Sic micat iuniperis arcula syntheſibus.  
 At q; vnam vestire tribum tua vellera possunt,  
 Appula non uno que grege terra tulit.  
 Tu spectas hyemem succincti lentus amici:  
 Pro scelus & lateris fr goratutatimes.  
 Quantum erat infelix, pannis fraudare duobus?  
 Non metuas mortem, Nequole, sed tineas.

## AD RUFFVM.

Coponem, laniumq;, balneumq;  
 Tonsorem, tabulamq;, calculosq;  
 Et paucos, sed vt eligam, libellos,  
 Vnum non nimium rudem sodalem,  
 Hec presta mihi, tuftæ: vel Bitontis,  
 Et thermas tibi habe Neronianas.

## IN MAXIMVM.

Vis, fieri liber? mentiris, Maxime: non vis:  
 Sed fieri si vis, hac ratione petes,  
 Liber eris, cœnare foris si, Maxime nolis:  
 Veientana tuam si domat tua sitim.  
 Si ridere potes miseri chrysandra Cinnæ:  
 Contentus nostra si potes esse toga:  
 Hec ubi si vis est, si mentis tanta potestas:

V A L. M A R T I A L I S.  
Liberior Partho viuere rege potes.

A D S E X T V M.

Vis te, Sexte, col: volebam amare.

Parendum est tibi: quod iubes, coleris.  
Sed si te colo, Sex e, non amabo.

I N F I C T V M D I V I T E M.

Hic quem videtis gressibus vagis lentum,  
Amethystinus med.a qui fecat septa:  
Quem non lacern s Publius meus vincit,  
Non ipse codrus alpha penulatorum:  
Quem grex rogatus sequitur & capillatus,  
Recensq; sella, linteisque lorisque:  
Oppignerauit ad mod o Claudi mensam,  
Vix octo numis anulum, vnde cœnaret.

I N Z O I L V M.

Pexatus pulchre, rides mea, Zoile, trita.

Sunt hæc trita quid. m, Zoile, sed mea sunt.

D E C O E N A T I O N E M I C A E.

Micæ vocor, quid sim cern s: cœnatio parua.

Ex me Cælareuni prospic: se ecce tholum.

Frange toros, pete vina, rosas cape, tingere nardo:  
Ipse iubet mortis te meminisse Deus.

I N T A V R V M.

Dum mod o causidicum, dū te mod o rhetora singis,

Et non decernis, Taure, quid esse velis:

Peleos, & Priami transit, vel Nestoris ætas:

Et fuerat serum iam tibi desinere.

Incipe, tres uno perieunt rhetores anno,

Siquid habes animi, siquid in arte vales.

Si schola damnatur, fera hribus omnia feruent,

Ipse potest fieri Marsia causidicus.

Eia age, rumpe moras: quō te expectabimus usque?

Dum quid sis, dubitas, iam potes esse nihil.

I N S A L E R A N V M.

Cur tristiorum cernimus Saleratum?

An causa leuis est, extuli, inquis, vxorem.  
 O grande fati crimen, o grauem casum!  
 Illa, illi a diues mortua est Secundilla,  
 Centena decies quæ tibi dedit otis?  
 Nolle accidisset hoc tibi, salerane.

## IN LALAGEN.

Vnus de toto peccauerat orbe comarum  
 Anulus, incerta non bene fixus acu.

Hoc facinus, Lalage speculo quod viderat, vltæ est:  
 Et cecidit se & tis ista Plecusa comis.  
 Desine iam Lalage, tristeis ornare capillos.  
 Tangat & insanum nulla puella caput:  
 Hoc salamandra notet, vel saeva nouacula nudet:  
 Ut digna speculo fiat imago tuo.

## IN POSTHVMVM.

Occurris quo cunque joco inihi, Posthume, clamas  
 Protinus, & prima est hæc tua vox. Quid agis?  
 Hoc si me decies vna conuenerit hora,  
 Dicis, habes puto tu, Posthume nil quod agas.

## AD OLVM.

Quod te nome iam tuo saluto,  
 Quem regem & dominum prius vocabam:  
 Ne me dixeris esse contumacem.  
 Totis pilea sarcinis redemi.  
 Reges & dominos habere debet,  
 Quisæ non habet: atque concupiscit,  
 Quod reges, dominique concupiscunt.  
 Seruum si potes, Ole, non habere,  
 Et regem potes, Ole, non habere.

## IN CLASSICVM.

Inuitum cœnare foris te, Classice, dicis.  
 Si non mentiris, Classice, dispeream.  
 Ipse quoque ad cœnam gaudebat Apicius ire:  
 Cū cœnaret, erat tristior ille domi.  
 Si tam inuitus vadis: cur, Classice, vadis?

V A L . M A R T I A L I S .

Cogor, aīs? verum est, cogitur & Selius.  
En̄ rogat ad cœnam Melior te, Classice, rectans.  
Grandia verba vbi sunt? si vir es ecce nega.

A D C A E C I L I A N V M .

Candidius\* nihil est te, Cæciliane: notauī,  
Si quando ex nostris disticha paucā legis.  
Protinus aut Marci recitas, aut scripta Catulli,  
Hæc mihi das, tanquam deteriora legas?  
Vt collata magis placeant mea? credimus illud  
Malo tamen recites, Cæciliane, tua.

I N S A V F E L L V M .

Cinctum togatis pōst, & antē Saufellum,  
Quanta reduci regulus solet turba,  
Ad alta tonsum templa cūm reum misit,  
Materne cernis? inuidere nolito,  
Comitatus iste sit, precor, tuus nunquam.  
Hos illi amicos, & greges togatorum  
Fusiculenus præstat, & Fauentinus.

D E L E O N E .

Verbera securi solites leo ferre magistri,  
Insertamq; pati blandus in ora manum.  
Dedidicit pacem, subito feritate reversa  
Quanta nec in Libycis debuit esse iugis.  
Nam duo de tenera puerilia corpora turba,  
Sanguineam rastris quæ renouabat humum,  
Sæuus, & infelix furiali dente peremit,  
Marta non vidit maius arena nefas.  
Exclamare libet. Crudelis, perfide, prædo,  
A nostra pueris parcere disce lupa.

D E M A R I O .

Argenti libras Marius tibi quinque reliquit.  
Cui nihil ipse dabas, is tibi verba dedit.

I N C O S C O N I V M .

Cosconi, qui longa putas epigramata nostra  
Utilis vngendis axibus esse potes.

Disce

Disce, quod ignoras: Marsi, docti<sup>q</sup>; Pedonis,  
Sepe duplex vnum pagina tractat opus.  
Nō sunt lōga, quibus nihil est, quod demere possis:  
Sed tu, Cosconi, disticha longa facis.

## AD CAECILIANVM.

Aestiuo serues vbi piscem tempore, quāris?  
In thermis serua, Cēciliane, tuis.

## IN NASICAM.

Inuitas tunc me, cūm scis, Nasica vocatum.  
Excusatum habeas me, rogo: cōno domi.

## DE FANNIO.

Hostem cūm fugeret, se Fannius ipse peremit.  
Hic rogo, non furor est, ne moriare mori?

## IN ZOILVM,

Laxior exaphoris tua sit lectica licebit:  
Cūm tamen hēc tua sit, Zoile, sandapila.

## AD PONTICVM.

Abfissa seruum\* fugias quid Pontice lingua?  
Nescis tu populum, quod tacet ille, loqui?

## DE PRÆPOSTERIS DONIS,

Vimine clausaleui; n̄ iueæ custodia costæ,  
Hoc tibi Saturni tempore munus erit.  
Dona quod æltatis misi tibi mense Decembri,  
Si quereris, rasam tu mihi mitte togam.

## IN MAMERCVM.

Nil recitas, & vis, Mamerce, Poeta videri:  
Quicquid vis esto, dum modò nil recites.

## AD QVINTILIANVM.

Quintiliane, vagæ, vagæ moderator summe iuuentæ,  
Gloria Romanæ, Quintiliane, togæ:  
Viuere quod propero pauper, nec inutilis annis,  
Da veniam: properat viuere nemo satis.  
Differat hoc, patrios optat qui vincere census,  
Atriaque immodieis arctat imaginibus.  
M focus, & nigros non indignantia fumos

\*Quod si  
gis.

V A L. M A R T I A L I S.

Te&taiuuant,& fons viuis,& herba rudit.  
Sit mihi verna satur,sit non doctissima con ux,  
Sit nox cum somno,sit sine lite dies.

A D C A E S A R E M D O M I T I A N V M.

Retum certa salus,terrari in gloria, Caesar,  
Sospite quo magnos credimus esse deos:  
Si festinatis roties tibi lecta libell's

Detinuere oculos carmina nostra tuos:

Quod fortuna vetat fieri permitte videri,

Natorum genitor credat ut esse trium.

Hæc, si dispiicui,fuerint solatia nobis:

Hæc fuerint nobis premia, si placui.

A D V X O R E M.

Natorum mihi ius trium roganti  
Musarum pretium dedit mearum,  
Solus qui poterat:videbis yxor,  
Non debet domini perire munus,

A D R E G V L V M.

Primus ubi est,inquis,cum sit liber iste secundus?  
Quid faciam, si plus ille pudoris habet?  
Tu tamen hunc fieri si mauis, Regule, prium:  
Vnum de titulo tollere iusta potes.

M. V A L. M A R T I A L I S  
EPIGRAMMATON.

L I B E R III.

A D L E C T O R E M D E L I B R O  
G A L L I C A N O.

HOC tibi, quicquid id est, loquimur mittit ab oris.  
Gallia Romana nomine dicta togæ.

Hunc legis,& laudas librum fortasse priorem.

Illa, vel hæc mea sunt, quæ meliora puras,  
Plus sanè placeat, domina qui natus in vice est.

Debet

Debet enim Gallum vincere verna liber,

## AD LIBRVM SVVM.

Cuius vis fieri libelle munus?

Festina tibi vindicem parare:

Ne nigrum citò raptus in culinam

Cordylas madida regas papyro,

Vel turis piperisq; sis cucullus.

Fausti fugis in sinum? sapisti.

Cedro nunc licet ambules perunctus,

Et frontis gerino decens honore

Pictis luxurieris umbilicis,

Et te purpura delicata velet,

Et cocco rubeat superbus index,

Ilo vindice nec Probum timeto.

## AD LIBRVM SVVM.

Romam vade liber: si, veneris unde, requireret,

Aemilia dices de regione viæ.

Si quibus in terris, qua simus in vrbe, rogabit:

Corneli referas me, licet, esse foro.

Cur absim quæret breuiter tu, multa, fatere.

Non poterat vanæ tædia ferre togæ.

Quando venit, dicet tu respondeto, Poëta

Exierat: veniet, cum citharœdus erit.

## AD EVNDEM.

Vis commendari, sine me cursurus in vrbe.n,

Parue liber multis: an sat is vñus erit?

Vous erit (mibi crede) satis, cui non eris hospes,

Iulus, assiduum nomen in ore meo.

Protinus hunc adea: primiq; in limine testis,

Quos tenait Daphnis nunc tenet ille lares.

Est illiconiux, quæ temanibusq; sinuque,

Excipiet, vel si puluerulentus eas.

Hos tu seu pariter, siue hanc, illumve priorem

Videris: hoc dices, Marcus auere imber.

Hoc sat: st: alios commendat epistola. Peccat

V A L . M A R T I A L I S .

Qui commendandum se putat esse suis.

A D M A R C E L L I N V M .

Lux tibi post Idus numeratur *tertia Maias*,  
Marcelline, tuis bis celebranda sacris.

Imputat æthereos hæc ortus prima parentis:  
Libat florentes hæc tibi prima genas.

Magna licet dederit iucundæ munera vitæ:  
Plus nunquam patri præstítit illa dies.

D E S P O R T V L A .

Centum miselli iam valete quadrantes,

Anteambulonis congiarium lassi,

Quos diuidebat balneator elixus.

Quid cogitat is ò fames amicorum?

Regis superbi sportulae recesserunt.

Nihil stropharum est, iam salarium dandum est;

I N C I N N A M .

Verſiculos in me narratur scribere Cinna,

Non scribit, cuius carmina nemo legit.

I N P H I L O M V S V M .

Constituit Philomuse, pater tibi millia bina  
Menstrua, perque omnes præstítit illa dies.

Luxuriam premeret cum crastina semper egestas,  
Et vitiis essent danda diurna tuis:

Idem te moriens hæredem ex affe reliquit:  
Exhæredauit te, Philomuse, pater.

I N P H A B V L L V M .

Vnguentum fateor bonum dedisti

Conuiui's herè: sed nihil scidisti.

Ressalsa est bene olere, & e'urire.

Qui non cœnat, & vngitur, fabulle,

\* Verè. Hic \*verò mihi mortuus videtur.

D E T V T I O .

Romam petebat esuritor Tutius.

Profectus ex Hispania.

Occurrit illi sportularum fabula.

Apon

A ponte rediit Miluio.

## IN CERDONEM.

Das gladiatores, futorum regule cerdo:

Quodq; tibi tribuit subula, sica rapit.

Ebriuses: nec enim faceres id sobrius vñquam,  
Vt velles corio ludere, cerdo, tuo.

Lusisti, satis est: sed te(mihī crede)memento  
Nunc in pellicula cerdo tenere tua.

## IN MAXIMVM.

Perfixisse tuas questa est præfatio fauces.

Cum te excusaris, Maxime, quid recitas?

## DE VIPERA IN ORE VRSAE.

Proxima centenis ostenditur Vrsa columnis,  
Exornant pictæ qua Platanona feræ.

Huius dum patulos alludens tentat hiatus.

Pulcher Hylas, teneram mersit in ora manum,

Vipera sed cæco scelerata latebat in ore.

Vinebatq; anima deteriore fera.

Non sensit puer esse dolos: nisi, dente recepto

Dum perit, o facinus, ausa quod Vrsa fuit.

## DE CANIO.

Dic Musa quid agat Canius meus Rufus?

Vtrum ne chartis tradit ille victuris

Legenda temporum acta Claudianorum?

An quæ Neroni falsus astruit scriptor?

An in cothurnis horridus Sophocleis,

An otiosus in schola poetarum,

Lepore tinctos Attico sales narrat?

Hinc si recessit, porticum terit templi?

An spatia carpit latus Argonautarum?

An delicatae sole rursus Europæ

Inter tepentes post meridiem buxos

Sedet, an bulatve liber acibus curist?

Titine thermis, an lauatur Agrippæ,

An ruge Tulli fruuntur, atque Lucanit?

V A L. M A R T I A L I S.

An Polliani dulce currit ad Quartum?  
An æstuantes iam profectus ad Baias  
Piger Lucrino nauiclatur in stagno?  
Vis scire, quid agat Canis tuus: ridet.

I N C R V D E L E M. D O M I N Y

Proscriptum famulus seruavit fronte notat  
Non fuit hæc domini vita, sed inuidia.

A D C A S S I A N V M.

Sirenas hilarem nauigantium pœnam,  
Blandasq; mortes, gaudiumq; crudele,  
Quas nemo quondam deserebat auditas,  
Fallax Ulysses dicitur reliquisse,  
Non miror, illud, Cassiane, mirarer:  
Si fabulantem Canum reliquisset.

I N M. A N T O N I V M.

Par scellus admisit Phariis Antonius armis:  
Absciit vultus enīs uterque sacros,  
Illud, lauigeros ageres cūm læta triumphos:  
Hoc tibi, Roma, caput cūm loquereris et at.  
Antonita men est peior, quam causa Photini;  
Hic facinus domino præstigit, ille sibi.

D E P I G R I S N A V T I S.

Cessatis pueri, nihilq; nostris  
Veientone \*afinaque pigriores:  
Quorum per vada tarda nauigantes  
Lentos figitis ad celestina remos,  
Iam preno Phaetonte sudad Aethon,  
Exarfitque dies, & hora lassos  
Interiungit equos meridiana,  
Ad vos tam placidas vagi per yndas  
Tutæ luditis otium carinæ.  
Non nautas puto vos, sed argonautas.

I N R V F V M.

Esse negas coctum leporem, poscis flagella.

Mauis, Rufe, coquum scindere, quam legem.  
AD

\* Remo-  
raque.

## AD CERDONEM.

Irasci nostro non debes, Cerdò, libello.

Ars tua, non vita est carmine læsa meo.

Innocuos permitte sales, cur ludere nobis

Non liceat, licuit si iugulare tibi.

## AD RVFVM.

Cursorem sexta tibi, Rufe, reanisimus hora:

Carmina quem madidum nostra tulisse reor.

Imbris immodicis cœlum nam forte rubeat.

Non aliter mitti debuit iste liber.

## M. VAL. MARTIALIS.

## EPIGRAMMATON.

## LIBER IIII

## DE NATALI DOMITIANI.

CAESARIS alma dies, & luce sacerdior illa,  
Conscia dictæum quæ tulit Ida Iouem,

Longa precor, yloque veni numerosior æuo:

Semper & hoc vultu, vel meliore nite.

Hic colat Albano Tritonida cultus in auro:

Perque manus tantas plurima quercus eat.

Hic colat ingeni redeuntia secula lustro,

Et quæ Romuleus sacra Terentus habet.

Magna quidem Superi petimus, sed debita terris.

Pro tanto quæ sunt improba vota Deo?

## DE HORATIO.

Spectabat modò solus inter omnes

Pigis munus Horatius lacernis,

Cum plebs, & minor ordo, maximusque

Sancto cum duce candidus federet.

Toto rix cecidit repente cælo;

Albissipat Horatius lacernis.

V A L . M A R T I A L I S .  
D E N I V I B V S .

A spice quād densum tacitarum vellus aquarū  
Defluat in vultus Cæsarī, inq; sinū.  
Indulget tamen ille Ioui, nec vertice moto  
Concretas pigro frigore ridet aquas:  
S idus Hyperborei solitus lassare Bootæ,  
Et madidis Helicen dissimulare comis. -  
Quis siccis lasciuit aquis, & ab æthere ludit.  
Suspicio has pueri Cæsarī esse niues:

I N B A S S A M .

Quod siccæ redolet palus lacunæ,  
Crudarum nebulæ quod albularum,  
Piscinæ vetus aura quod marina,  
Lassi bardiaci os quod euocati  
Quod bis murice vellus inquinatum,  
Quod ieiunia Sabbathariorum,  
Mæstorum quod anhelitus reorum,  
Quod spuræ moriens lucerna Ledæ,  
Quod ceromata fæce de Sabina,  
Quod vulpis faga, viperæ cubile,  
Malles, quād quod oles, olere Bassa.

A D F A B I A N V M .

Vir bonus, & pauper, linguaq; & pectore verus,  
Quid tibi vis, urbem qui Fabiane petis?  
Qui nec leno potes, nec comediator haberi,  
Nec pauidos tristi voce citare reos,  
Vendere nec vanos circum pallatia fumos:  
Plaudere nec Cano, plaudere nec Glaphyro.  
Vnde miser viues, homo fidus, certus amicus:  
Hoc nihil est: nunquam sic Philomelus eris.

A D E V P H E M V M .

Prima salutantes, atque altera continet hora,  
Exercet raucos tercia causidicos.  
In quintam vario extendit Roma labores,  
Sexta quies lassis, septima finis erit.

Sufficit in nonam nitidis octaua palæstis,

Imperat extructos frangere nona toros.

Hora libellorum decima est Euphememeorum:

Temperat ambrosias cum tua cura dapes,

Et bonus æthereo laxatur nectare Cæsar,

Ingentiq; tenet pocula parca manu.

Tunc admitte iocos, greslu timet ire licenti,

Ad matutinum nostra Thalia Iouem.

### AD FAVSTINVM.

Dum nouus est, nec adhuc rasa mihi fronte libellus:

Pagina dum tangi non bene sicca timet:

Ipuer, & charo perfer leue munus amico,

Qui meruit nugas primus habere meas.

Curre sed instructus comitetur Punica librum

Spongia, muneribus conuenit illa meis.

Non posunt nostros multæ, Faustine, liture

Emendare iocos, vna litura potest.

### IN ANTONIVM SATVRNINVM.

Dum nimium vano tu me factus nomine gaudes,

Et Saturninum te miser esse pudet:

Impia Parthasia mouisti bella sub ursa,

Qualia qui Phariae coniugis arma tulit.

Excederatne adeò fatum tibi nominis huius,

Obruit Aetiaci quod grauis ira freti?

An tibi promisit Rhenus, quod non dedit illi

Nilus, & Arctois plus licuisset aquis?

Ille etiam nostris Antonius occidit armis,

Qui tibi collatus, perfide, Cæsar erat.

### DE NVPTIIS PUDENTIS,

& Claudit.

Claudia, Russe, meo nupsit peregrina Pudenti:

Macte esto tedis, ô Hymenæe, tuis.

Tam bene rara suo miscentur cinnama nardo,

Massica Thesæis tam bene vina fauis.

Nec natus teneri iunguntur vitibus vlni,

Nec

## VAL. MARTIALIS.

Nec plus lotos aquas, littora myrrus amat.  
 Candida perpetuo relide Concordia lecto:  
 Tamque pari semper sis Venus æqua iugo.  
 Diligat ipsa ienemi, quondam: sed & ipsa marito,  
 Tunc quoque cum fuerit, non videatur anus.

## AD SILIVM.

Sili, Castalidum decus sotorum,  
 Qui periuria barbati furoris  
 Ingenti premis ore, perfidosque  
 Faltus Annibal, leuesque pœnos  
 Magnis cedere cogis Africanis:  
 Paulum deposita seueritate,  
 Dum blanda vagus alea December  
 Incertis sonat hinc, & hinc fritillis,  
 Et ludit rota nequiore talo,  
 Nostris otia commoda Camœnis,  
 Nec torua lege fronte, sed remissa.

## IN CAECILIANVM.

Mille tibi nummos hesterna nocte roganti,  
 In sex, aut septem, Cæciliæ, dies.

Non habeo dixti, sed tu causatus amici

Aduentum, lancem, paucaque vasa rogas.

Stultus es, an stultum me credis amice? negaui

Mille tibi nummos millia quinque dabo?

## DE PVERO GLACIE OCCISO.

Qua vicina pluit Vipsanis porta columnis,

Et madet assiduo lubricus imbre lapis,

\* Tecta. In iugulum pueri, qui roscida \*templa subibat,

Decidit hiberno prægravis vnda gelu.

Cumque peregisset miseri crudelia fata:

Tabuit in calido vulnere mucro tener.

Quid non seua sibi voluit fortunali cere?

Aut ubi mors non est, si iugulatis, aquæ?

## DE ENDROMIDE.

Hanc tibi Sequanicæ pingue textricis alu-

am,  
Quæ

Quæ Lacedæmonium barbara nomen habet,  
Sordida, sed gelido non aspernanda Decembri,  
Dona peregrinam miti timus Endromida,  
Seu lentum ceroma teris, tepidumque trigona,  
Siue harpastra manu puluerulenta rapis.  
Plumea seu laxi partiris pondera follis:  
Siue leuem cursu vincere quæris Atham:  
Ne madidos intret penetrabile frigus in artus:  
Néue grauis subita repremat Iris aqua.  
Ridebis ventos hoc munere rectus, & imbræ.  
Nec sic in Tyria sindone tutus eris.

## AD THALIA M.

Dum tu lenta nimis, diuq; quæris,  
Quis primus tibi, quisue sit secundus,  
Gratum quisue epigramma comparabit:  
Palmam Callimachus, Thalia, de se  
Facundo dedit ipse Brutiano.  
Qui si Cecropio satot lepore  
Romanæ sale luserit Minerue:  
Illi me facias, precor, secundum.

## AD FABIANVM.

Omneis, quas habuit, Fabiane, Lycoris amicas,  
Extulit: vxori fiai amica meæ:

## AD PAPHILVM.

Tu Setina quidem semper, vel Massica ponis,  
Pamphile: sed rumor tam bona negat.  
Diceris hac sanctus cœlebs quater esse lagœna.  
Nec puto, nec credo, Pamphile, nec fitio.

## DE AMIANO: ADMARONILLVM.

Nihil Amiano præter aridam vestem,  
Moriens reliquit vltimis pater cœris,  
Fieri putet potuisse quis, Maronille,  
Vt Amianus mortuum patrem nolit?

## AD QUINTINVM.

Exigisti donem nostros tibi, Quinte, libellos;

V A L. M A R T I A L I S.

Non habeo, sed habet bibliopola Triphon  
Aes dabo pro nugis, & emam tua carmina sanus.  
Non, inquis, faciam tam fatuè, nec ego.

D E V E S T I N O.

Cùm grauis extremas Vestinus duceret horas,  
Et iam per Stygias esset iturus aquas,  
Ultima voluentes orauit pensa forores,  
Ut traherent parua stamina pulla mora.  
Iam sibi defunctus, charis dum viuit amicis,  
Mouerunt tetricas tam pia vota deas.  
Tum largas partitus opes, à luce recessit:  
Seq; mori post hoc, credidit ille senem.

D E D A M I S.

Aspicis, imbellis tentent quām fortia dame  
Prælia? tam timidis quanta sit i: a feris?  
**Ardent.** In mortem paruis concurrere frontibus \* audent  
Vis, Cæsar, damis parcere? mitte canes.

D E N I G R I N A.

O felix animo, felix Nigrina marito,  
Atq; inter Latias gloria prima nurus:  
Te patrios miscere iuuat cum coniuge census;  
Gaudentem socio, participemq; viro.  
Arserit Euadne flammis iniecta mariti,  
Nec minus Alcestim fama sub astra ferat:  
Tu melius certe meruisti pignore virę,  
Vt tibi non esset morte probandus amor.

I N A V A R V M A M I C V M.

Millia misisti mihi sex bix sena petenti.  
Vt bis sena feram, bis duodena petam.

I N Z O I L V M I N V I D V M.

Nunquam diuitias deos rogaui,  
Contentus modicis, meoq; letus.  
Paupertas veniam dabis: recede.  
Causa est quæ subiri, neuiq; votis  
Pendentem volo Zoilum videre.

## IN AFRVM.

Condita cùm tibi sit iam sexagesima messis,  
 Et facies multo esplendeat alba pilo,  
 Discurris tota vagus vrbe:nec vlla cathedra est,  
 Cui non manè feras irrequietus aue.  
**E**t sine te nulli fas est prodire Tribuno,  
 Nec caret officio Consul vterq; tuo.  
**E**t sacro decies repetis pallatia cliuo,  
 Saturiosq; modos, Partherniosq; sonas.  
**H**ec faciant sanè iuuenes, deformatius Afer  
 Omnino nihil est ardelione sene.

## AD MATHONEM.

Hospes eras nostri semper, Matho, Tiburtini.  
**H**oc emis: imposui: rus tibi vendo tuum.

## IN MATHONEM.

Declamas in febre Mathon, Hanc esse phrenesin  
 Si nescis, non es sanus amice Mathon.  
**D**eclamas æger, declamas hemitritos.  
 Si sudare aliter non potes est ratio.  
**M**agna tamen res est: erras, cùm viscera febris,  
 Exurit. Res est magna tacere Mathon.

## AD RVFFVM.

Hos quoq; commenda Venuleio Ruffe, libellos,  
 Imputet \* & nobis otia parua, roga. Ve  
**I**mmemor & paulum curarum operuq; suorum,  
 Non tetrica nugas exigat aure meas.  
**S**ed nec post primum legat hęc, summū ve trientēs:  
 Sed sua cùm medius prælia Bacchus amat.  
**S**i nimis est, legisse duos: tibi charta plicetur  
 Altera: diuinum sic breue siet opus.

## IN NEVOLVM.

Securo nihil est te, Neuole, peius: eodem  
 Sollicito nihil est Neuole, te melius.  
**S**ecure nullum resalutas, despicias omnes:  
 Nec quisquam liber, nec tibi gratus homo est.

V A L . M A R T I A L I S .

Sollicitus donas: dominam, regemq; salutat,  
Inuitas esto, Nauole, sollicitus.

I N P O N T I C V M .

Nos bibimus vitro, tu myrrha Pontice. quare?  
Prodat perspicuus ne duo vina calix.

A D L I B R V M S V V M .

Si vis auribus Atticis probari,  
Exhortor moneoq; te, libelle,  
Ut docto placeat Apollinari:  
Nil exactius, eruditiusq; est,  
Sed nec candidius, benigniusq;,  
Si te pectore, si tenebit ore:  
Nec ronchos metues maligniorum,  
Nec scombris tunicas dabis molestas.  
Si damnauerit ad salaryorum  
Curras scrinia protinus licebit,  
Inuersa pueris arande charta.

I N D I S S I M V L A T O R E M .

Nulla remisiſti paruo pro munere dona,  
Et iam Saturni quinque fuere dies.

Ergo nec argenti ſex ſcrupula Septitiane  
Missa, nec à querulo mappa cliente fuit.  
Antipolitani, nec que de ſanguine thynni  
Testa rubet, nec que coftana parua gerit,  
Nec rugofarum vimen breue picenarum:  
Dicere re poſſes ut meminifſe mei.

Decipies alios verbis, vultuque begnino.  
Nam mihi iam notus diſſimulatoſ erit.

D E R V S T I C A T I O N E .

Rure morás quid agam, respondeo paucā, rogaſtū:  
Luce deos oro, famulos post arua reuiſo,  
Partibus atque meis iustos indicō labores.  
Inde lego, Phœbūmque cito, Musamque laceſſo.  
Hinc oleo corpusq; frico, mollique palma  
Stringo libens, animo gaudens, ac foca liber.

Pondero, poto, cano, ludo, lauo, cœno, quiesco.  
 Dum paruuus lychnus modicum consumit oliui,  
 Hæc dat nocturnis nox lucubrata camœnis.

## AD LIBRVM.

Ohe iam satis est, ohe libelle:  
 Iam peruenimus vsque ad vmbilicos.  
 Tu procedere adhuc, & ire quærvis,  
 Nec summa potes in scheda teneri:  
 Sic, tanquam ubi res peracta non sit,  
 Quæ prima quoque pagina peracta est.  
 Iam lector queriturque, deficitque,  
 Iam librarius hoc & ipse dicit,  
 Ohe iam satis est, ohe libelle,

M. VAL. MARTIALIS  
 EPIGRAMMATON.  
 LIBER. V.

Ad Cæsarem.

**H**O C tibi Palladiæ seu collibus vteris Albæ  
 Cæsar: & hinc Triuiam prospicis, inde Thetin:  
 Seu tua veridice discunt responsa sorores,  
 Plana suburbani quæ cubat vndæ freti:  
 Seu placet Aeneæ nutrix, seu filia Solis,  
 Siue salutiferis candidus Anxur aquis)  
 Mittimus, ô rerum felix tntela, salusque,  
 Sospite qua gratum credimus esse Iouem.  
 Tu tantum accipies: ego te legisse putabo,  
 Et tu midus Galla credulitate fruar.

## AD DOMITIANVM.

Accola iam nostræ Degis, Germanice, ripe,  
 Afamulis Istri qui tibi venit aquas,  
 Letus & attonitus, viso modo preſide mundi,  
 Affatus comites dicitur esse suos.

V A L . M A R T I A L I S .

Sors mea, quam fratriis melior cui tā propē fas est  
Cernere tam longē quem colit ille Deum.

I N M Y R T A L E N .

Fætere multo Myrtale solet viuos  
Sed fallat ut nos, folia deuorat lauri,  
Merumque cautā fronde non aqua miscet.  
Hanc tu rubentem prominentibus venis  
Quoties venire, Paule, videris contra.  
Dicas licebit, Myrtale bibit laurum,

A D S E X T V M .

Sexte, Palatinæ cultor facunde Mineruæ,  
Ingenio füueris qui Propiore Dei:  
(Nam tibi nascentes domini cognoscere curas,  
Et secreta ducis pectora nosse licet.)  
Sit locus & nostris aliqua tibi parte libellis,  
Qua Pedo, qua Marsus, quaque Catullus erit.  
Ad Capitolini cœlestia carmina belli  
Grande cothurnati pone Maronis opus.

A D M V S A S .

Si non est graue, nec nimis molestum,  
Musæ Parthenium rogate vestrum:  
Sic te senior, & beata quondam,  
Saluo Gœsare, siniat senectus:  
Et sis, inuidia fauente, felix.  
Sic Burrus citò sentiat parentem.  
Admittas timidam, breuemque chartara  
Intra liuina sanctioris aule.  
Nostri tempora tum Iouis fereni,  
Cum fulget placidus, suoque vultu,  
Quo nil supplicibus solet negare.  
Non est, quod metuas preces iniquas.  
Nunquam grandia, nec molesta poscit,  
Quæcedro decorata, purputa;  
Nigris pagina crevit umbilicis,  
Nec por: exeriz ista; sed teneto

Sic, tanquam nihil offeras, agasque.  
Si noui dominum nouem fororum,  
Vlro purpureum petet libellum.

## DE PHASIDE.

Edictum domini, Deique nostri,  
Quo subsellia certiora fiunt,  
Et puros eques ordines recepit.  
Dum laudat modo Phasis in theatro,  
Phasis purpureis ruber lacernis:  
Et iactat tamido superbus ore,  
Tandem commodius licet sedere,  
Nunc est redditus dignitas equestris,  
Turba non premitur, nec inquinatur:  
Hęc, & telia dum refert supinus,  
Illas purpureas, & arrogantes  
Iussit surgere Lectius lacernas.

## IN SYMMACHVM.

Languebam: sed tu comitatus protinus ad me  
Venisti centum, Symmache, discipulis.  
Centum me tetigere manus, Aquilone gelate  
Non habui febrem, Symmache: nunc habeo.

## AD REGVLVM.

Esse quid hoc dicam, viuis quod fama negatur?  
Et sua quod rarus tempora lector amat?  
Hi sunt inuidiae nimirum, Regule, mores:  
Preferat antiquos semper ut illa nouis.  
Sic veterem ingratii Pompeij quærimus umbram:  
Et laudant Catuli\* Iulia templa senis.

\* Vilia.

Enuius est lectus, saluo tibi Roma Marone.  
Et sua riserunt secula Maeonidem.  
Vostamen, o nostri\* non festinate libelli:  
Si post fata vent gloria, non propero.

\* Ne

## DE STELLA.

Sardonychas, smaragdos, adamantas, jaspidas uno  
Ponit in articulo Stella, Seuere, meus.

V A L. M A R T I A L I S.

Multas indigitis, plures in carmine gemmas  
Inuenies: inde est hæc, puto, culta manus.

I N C A L L I S T R A T V M.

Sum(fateor) semperque fui, Callistrati, pauperi:  
Sed non obscurus, nec male notus eques:  
Sed toto legor orbe frequens: & dicitur, Hic est.  
Quodque cinis paucis, hoc mihi vita dedit.  
Vt tua centenis incumbunt tecta columnis,  
Et libertinas arca flagellat opes:  
Magnaq; Niliae seruit tibi gleba Syenes,  
Tondet & innumeros Gallic a parma greges.  
Hoc ego, tuq; sumus: sed quod sum, non potes  
Tū quod es, è populo quilibet esse potest.

D E M A N N E I O.

Sedere primo solitus in gradu semper,  
Tunc cùm licebat occupare, Manneius,  
Bis excitatus, terque transtulit castra:  
Et inter ipsas penè tertius sellas  
Post Caiumque, Luciumque confedit,  
Illinc cucullo prospicit caput tectus,  
Oculoque ludos spectat indecens vno.  
Et hinc miser deiectus in viam transit,  
Subsellioque semi fultus extremo,  
Et male receptus altero genu iactat  
Equiti, sedere se: Lectioque, se stare.

A D C A E S. D O M I T I A N V M.

Quintus nostrorum liber est, Auguste, iocorum.  
Et queritur Iesus, carmine nemo meo:  
Gaudet honorato, sed multus nomine lector,  
Cui victura meo munere fama datur.  
Quid tamē hæc profunt, quais venerantia multis?  
Non profunt sanè, me tamen ista iuuant.

A D L E C T O R E M.

Seria cùm possim, quòd delectantia malim  
Scribere, tu causa es, lector amice, mihi;

Qui

Qui legis, & tota cantas mea carmina Roma:

Sed nescis, quanti stet mihi talis amor

Nam si falciferi defendere templa tonantis,

Sollicitis que velim vendere verba reis,

Plurimus Hispanas mittet mibi naua metretas

Et fiet vario sordidus ære sinus.

At nunc conuiua est, commellatorque libellus,

Et tantum gratis pagina nostra placet,

Belle, inquis, dixi: satis est: laudabimur usque.

Dissimulas? facies me puto causidicum,

### IN GELLIA M.

Dum proauos, at auosque refers, & nomina magna:

Dum tibi noster eques sordida conditio est:

Dum te posse negas, nisi lato, Gellia, blauo,

Nubere: nupsisti, Gellia, cistifero.

### AD QUINTIANVM.

Quo' tibi Decembri mense, quo volant mappæ,

Hraclesque ligulae, cereisque chartæque,

Et acuta senibus testa cum damascenis,

Præter libellos vernalulas nihil misi:

Fortasse avarus videar, aut inhumanus.

Odi dolosæ munera, & malas arteis.

Imitantur hamos dona namque quis nescit,

Auidum vorata decipi scarum misca?

Quoties amico diuini nihil donat,

O Quintiane, liberalis est pauper.

### AD CAES. DOMITIANVM.

Si qua fides veri, preferri, Maxime Cesar,

Temporibus posunt seculla nulla tuis.

Quando magis dignos licuit spectare triumphos?

Quando Palatini plus meruere Dei?

Pulchrior & maior quo sub duce Martia Roma:

Sub quo libertas principe tanta fuit?

Est tamen hoc vitium, sed non leue, sit licet unum:

Quod colit ingratas pauper amicitias

V A L. M A R T I A L I S

Quis largitur opes veteri, fidoque sodali?  
Aut quem prosequitur non alienus eques?

A D E V N D E M.

Saturnalitiæ ligulam misisse, se libre,  
Flammatæne togæ scrupula tota decem,

Luxuria est: tumidiq[ue] vocat hæc munera reges.

Qui crepet aureolus, forsitan vñus erit.

Quatenus hi non sunt, est o tu. Cesar amicus.

Nulla ducis virtus dulcior esse potest.

Iandudum tacito rides Germanice naso:

Vtile, quod non vis, do tibi consilium.

A D M A R T I A L E M.

Si tecum mihi, chare Martialis,

Securis liceat frui diebus.

Si disponere tempus otiosum,

Et verè pariter vacare vite,

Nec nos atria, nec domos potentum.

Nec lites reticas, forumque triste

Noicemus, nec imagines superbas:

Sed gestatio, fabule, libelli,

Campus, porticus, umbra, virgo, thermæ.

Hæc essent loca semper, hi labores.

Nunc viuit sibi neuter hei, bonosque

Soles effugere, atque abire sentit,

Qui nobis pereunt, & imputantur,

Quisquam vivere cum sciat, moratur?

D E A P O L L O N I O.

Quintū, pro Decimo: pro Crasso, Regule, Marcu,

Ante salutabat rhetor Apollonius.

Nunc verumque suo resaluta noniue: quantum

Cura, laborque potest: scripsit, & edidicit.

I N P A V L L V M.

Mane domini nisi te merui, volvi que videre:

Sint mihi, Paulle, tux longius exquilię.

Sed Tiburtinæ sum proximus accola pylæ

Qua videt antiquum rustica Flora Iouem,  
Alta suburbani viacenda est semita cliui,  
Et nunquam sicco sordida saxa gradu.

Vixque datur longas mulorum vincere mandras,  
Quæque trahi multo marmora fune vides.

Illud adhuc grauius: quod te post mille labores,  
Paule negat Iasso ianitor esse domi.

Exitus hinc operis vani, togulæque madentis,  
Vix tanti Paullum mane videre fuit.

Semper inhumanos habet officiosus amicos  
Rex, nisi dormieris, non potes esse meus.

## AD BASSVM.

Herbarum fueras induitus, Bassæ, colores,  
Iura theatalis dum siluere loci,

Quæ postquam placidi censoris cura renasci  
Iussit, & Oceanum certior audit eques:

Non nisi vel cocco madida, vel murice tueta  
Veste nites, & te sic dare verba putas.

Quadrinquentorum nullæ sunt, Bassæ, lacernæ,  
Aut meus, an te omnes Codrus haberet equum?

## DE HERMETE.

Hermes Martia seculi voluptas,  
Hermes omnibus eruditus armis,

Hermes & gladiator, & magister,  
Hermes turba sui, tremorq; Iudi,

Hermes, quem timet Aelius, sed vnum,  
Hermes, cui cadit Aduolans, sed vni,

Hermes vincere, sed ferire doctus,  
Hermes suppositius fibi ipsi,

Hermes diuitiæ locariorum,  
Hermes belligera superbus hasta,

Hermes æquoreo minax tridente,  
Hermes casside languida timendus.

Hermes gloria Martis vniuersi,  
Hermes omnia solus, & ter vnu.

VAL. MARTIALIS.  
DE CHAERESTRATO.

Quadrinventa tibi non sunt, Chærestrato: surge.  
Lectius ecce venit sta, fuge, curre, late.  
Ecquis, Io, reuocat: discedentemque reducit?  
Ecquis, Io, largas pandit amicus opes?  
Quem chartis, famæq; damus, populisq; loquendum,  
Qui Stygios non vult totus adire lacus.  
Hoc, rogò, non melius, quam rubro pulpita nimbo  
Spargere, & effuso permaduisse croco?  
Quam non sensuro dare quadrinventa caballo,  
Aureus ut Scorpina sus ubique micet?  
O frustra locuples, o dissimulator, amice:  
Hec legis, & laudas(que tibi fama perire)

A D C O D R V M.

Quod Alphadixi, Codre, penulatorum  
Te nuper aliqua cum iocarer in charta.  
Si forte bilem mouit hic tibi versus,  
Dicas licebit Beta me togato rum.

I N F I C T V M E Q V I T E M.

Ingenium, studiumque tibi, moresque, genusque  
Sunt equitis, fateor: cetera plebis habes.  
Bis septem tibi iam non sunt subsellia tanti,  
Ut sedeas visu pallidius Oceano.

I N M A M E R C V M.

Vt bene loquatur: sentiatque Mamercus,  
Efficere nullis, Aule, moribus possis:  
Pietate fratres Curios licet vincas,  
Quietè Neruas, comitate Drusones,  
Probitate Marcos, æquitate Mauricos,  
Oratione Regulos, iocis Paullos.

\* Verè. Rubiginosis cuncta dentibus rodit,  
Hominum malignum forsitan esse tu credas:  
Ego esse miserum credo, cui placet nemo.

A D V A R R O N E M.

Varro Sophocleo non inficiande cothurno,

Nec

Nec minus in Calabria suspiciende lyri,  
 Differ opus: nec te facundi scena Catulli  
 Detineat, cultis aut elegia comis,  
 Sed lege fumoso non aspernanda Decembri  
 Carmina, mittuntur que tibi mensē suo,  
 Commodius nisi forte tibi, potiusque videtur  
 Saturnalitas perdere, Varro, nuces.

## DE LYDO PVERORVM.

cum iuuencis.

Aspice, quam placidis insultet turba iuuencis,  
 Et sua quam facilis Pondera Taurus amet.  
 Cornibus hic pēdet summis: vagus ille per armos  
 Currit, & in toto ventilat arma bone.  
 At feritas immota riget, non effet arena  
 Tuit, & possent fallere plana magis.  
 Nec trepidant \* gressus: sed de discriminē palmis  
 Securus puer est, sollicitumque pecus.

\*Cefinus.

## DE CRISP O.

Quadrantem Crispus tabulis, Faustine, supremis  
 Non dedit vxori, cui dedit ergo? sibi.

## IN CAVSIDICVM.

Carpere Causidicus fertur mea carminia, qui sit,  
 Nescio: si sciero, ve tibi causidice.

De Herotio, infante puella vernulla.

Hanc tibi, Fronto pater, genitrix Flacilla puellam.  
 Oscula, commendo, deliciasque meas.

Pallida nec nigras horrescat Herotion umbras,  
 Oraque tartarei prodigiosa canis.

Impletura fuit sextē modo frigora brumæ,  
 Vixisset totidēni ni minus illa dies.

Inter tam veteres ludat festiuā patronos,  
 Et nomen bleso garriat ore meuin.

Mollia nec rigidus cespes tegat ossa, nec illi  
 Terra grauis fueris, non fuit illa tibi,

## DE EUCLIDE, AD

Fabullum.

Cūm

V A L. MARTIALIS.

Cum sibi redire de patruelibus fundis  
Ducenta, clamat coccinatus Euclides,  
Corinthioque plura de suburbano:  
Longumque pulchra stemma repetit à Leda,  
Et fulcitant Lepto reluctatur:  
Equiti superbo, nobili, locupleti,  
Cecidit repente magna de finu clavis.  
Nunquam, Fabulle, nequior fuit clavis.

AD FAVSTINVM.

Laudatus nostro quidam, Faustine, libello  
Dissimulat: quasi nil debeat, imposuit.

DE HEROTIO INFANTE.

puella vernula.

Puerla senibus dulcior mihi cygnis  
Agna Galesi mollior phalantino  
Concha Lucrini delicatior stagni,  
Cui nec lapillos preferas Erythræos,  
Nec modo politum pecudis Indicē dentem  
Niuesque primas, lilyumque non tactum:  
Quæ crine vincit Bætici gregis vellus,  
Rhenique nodos, aureamque nitellam,  
Fragrauit ore, quod rosarium Pæsti,  
Quod Atticarum prima mella cerarum,  
Quod succinorum rapta de manu gleba:  
Cui comparatus indecens erat pauo,  
Inamabilis sciurus, & frequens Phœnix;  
Adhuc recenti tepeit Herotion busto,  
Quam pessimorum lex auara fatorum  
Sexta peregit hyeme, nec tamen tota.  
Nos tro amores, gaudiumque, lususque  
Et esse tristem me meus vetat Pætus:  
Pectusque pulsans, pariter & comam vellens,  
Deflere non te vernulæ pudet mortem?  
Ego coniugem: inq'sit, extuli, (& tam ea vi-

Notam, superbam, nobilem, locupletem,  
Quid esse nostro fortius potest Peto?  
Ducenties accepit, & tamen viuit.

## IN CALLIODORVM.

Calliodorus habet cēsum (quis nescit?) equestrem,  
Sexte sed & fratrem Calliodorus habet.  
Quadringenta fecat, qui dicit, σύκα μίσηται.  
Vno credis equo posse sedere duos?  
Quid cum fratre tibi, quid cum Poliuce molestos?  
Non esset Pollux, si tibi Castor eras.  
Vnus cum sitis: duo, Calliodore, sedetis,  
Surge: soloecismum, Calliodore, facis.  
Aut imitare genus Lede: cum fratre sedere  
Non potes, alternis Calliodore sede.

## IN CARINV M.

Supremas tibit tricies in anno  
Signanti tabulas, Carine, misi  
Hiblæis madidas thymis placentas.  
Defeci: miserere iam Carine.  
Signa rarius, aut semel fac illud,  
Mētitur tua quod subinde tussis.  
Excussi loculosque, saccumque  
Cresco diuinitior licet fuisse:  
Iro pauperior forem, Carine:  
Si concham toties meam comedes:

## AD ARTEMIDORVM.

Pinxisti Venerem: colis, Artemidore, Mineruam.  
Et miraris, opus displicuisse tuum?  
Amicis esse donandum,  
Callidus effrata numos fur auferet arca:  
Prosternet patrios impia flamma lares:  
Debitor v̄suram pariter, sortemque negabit:  
Non reddet sterilis semina iacta seges:  
Dispensatorem fallax spoliabit amicus:  
Mercibus extrectas obruet vada rates.

VAL. MARTIALIS.

Extra fortunam est quicquid donatur amicis,  
Quas dederis, solas semper habebis opes.

DF THAIDE ET LECANIA

Thais habet nigras, niueas Lecania dentes.

Quæ ratio est? emptos hæc habet, illa suos,  
IN DENTONEM.

Quid factum est rogo, quid repente factum:

Ad cœnam mihi, Deuto, quod vocanti

(Quis credit) quater ausus es negare.

Sed nec respicis, & fugis sequentem:

Quem thermis modo querere, & theatris,

Et conclauibus omnibus solebas.

Sic est captus es vñctiore cœna,

Et maior raptit canem culina.

Iam te, sed citò cognitum & relatum,

Cum fastidierit popina diues,

Antique venies ad offa cœnæ:

DE PHILONÆ.

Nunquam se cœnasste domi Philo iurat & hoc eſt

Non cœnat, quoties nemo vocauit eum.

AD LABIENVM.

Vidissim modò forte cùm sedentem

Solum te, Labiene: treis putauit.

Caluę me numerus tuę fecellit,

Sunt illinc tibi, sunt & hinc capilli,

\*vel. Quales\* nec puerum decere possint.

Nudum est in medio caput, nec ullus

In longa pilus area notatur,

Hic error tibi profuit Decembri,

Tunc cùm prandia misit imperator:

Cum panariolis tribus redisti.

Talem Geryonem fuisse credo.

Vites censeo porticum Philippi,

Sit e viderit Hercules, peristi.

IN CHAROPINVM.

Cœno

Cœno domi quoties, nisi te, Charopine, vocauit:

Protinus ingentes sunt inimicitiae:

Meque petis stricto medium transfigere ferro:

Si nostrum, sine te, scis caluisse focum.

Nec semel ergo mihi furtum fecisse licebit:

Improbus nihil est hac, Charopine, gula.

Desine iam, nostram (precor) obseruare culinam,

Atque aliquando meus leti ibi verba coquus.

### AD RVFFVM.

Hic, qui libellis, pergrauem gerit lœlam.

Notariorum quenam premit chorus leuis,

Qui codicillis hinc, & inde prolatis,

Epistolisq; commendat grauem vultum,

Simili, Catoni, Tullioque, Brutoque:

Exprimere Ruffe, fidicule licet cogant,

Aue Latinam  $\chi\alpha\beta\epsilon$  non potest Græcum,

Si fingere me istud putas, salutem tuus,

### IN POSTHVM.

Quæ mihi Praestiteris memini, semperq; tenebo,

Cui igitur taceo, Posthume, tu loqueris?

Incipio quoties alicui tua dona referre:

Protinus exclamat, Dixerat ipse mihi,

Non belle quædam faciunt duo: sufficit unus

Huic operi, si vis ut loquar, ipse tace.

Crede mihi, quamuis ingentia, Posthume, dones:

Autoris pereunt garrulitate sui.

### AD BASSVM.

Colchida quid scribis, quid scribis amice Thiestem?

Quid tibi vel Niobe, Basse vel Andromache?

Materia est (mihi crede) tuis aptissima chartis

Deucalion: vel, si non placet hic, Phaeton.

### D.E RHETORE.

Extemporalis factus est meus Rhetor:

Calphurnium non scripsit, & salutauit.

### AD LVPUM.

F

Cui

VAL. MARTIALIS.

Cui tradas, Lupe, filium magistro,  
Queris sollicitus, diuque tentas,  
Omnes Grammaticosque rhetorasque,  
Deuites, moneo, nihil fit illi  
Cum libris Ciceronis, aut Maronis,  
Famæ Rutilium suæ relinquat.  
Si versus facit, abdices poëtam.  
Artes discere vult pecuniosas:  
Fac, discat citharædus, aut choraules;  
Si duri puer, ingenii videtur,  
Præconem facias, vel architectum.

A D C I N A M.

Cum voco te dominum: nolo tibi, Cinna, placere:  
Sæpe etiam seruum sic refaluto meum.

A D P O S T H V M V M.

Cras te victurum, cras dicis, Posthume, semper,  
Dic mihi, cras istud, Posthume, quando venit?  
Quam longe eras istud ubi est, aut unde petendum?  
Nunquid apud Parthos, Atticeniosque latet?  
Iam eras istud habet Priami, vel Nestoris annos,  
Cras istud quânti, dic mihi, possit enim emi?  
Cras viues: hodie iam viuere, Posthume, serum est,  
Ille sapit, quisquis Posthumie, vixit heri.

A D S T E L L A M.

Quod non argentum, quod non tibi misimus aurum,  
Hoc facimus causa. Stella diserte, tua.  
Quisquis magna dedit, voluit sibi magna remitti.  
Fictilibus nostris exoneratus eris.

I N D E T R A C T O R E M.

Adlatres licet vsque nos, & vsque,  
Et gannitibus improbis lacessas:  
Certum est, hanc tibi per negare famam,  
Olim quam petis in meis libellis.  
Qualiscunque legaris ut per orbem.  
Nam te cur aliquis sciat suisse.

Ignoramus

Ignorans pereas, miser necesse est.  
Non deerunt tamen hac in orbe for  
Vnus, vel duo, tres uero, quatuor uice,  
Pellem rodere qui velint caninam,  
Nos hac a scabie tenemus vngues.

## A C H O S P I T E S.

Iure tuo nostris mancas, licet hospes, in hortis,

Si potes in nudo ponere membra solo:

Aut si portatur tecum tibi magna suppellex.

Nam mea iam digitum, sustulit hospitiibus.

Nulla tegit fractos, nec inanis culcitta lectos:

Putris & abrupta fascia reste iacet,

Sit tamen hospitium nobis commune duobus,

Emi hortos, plus est instrue tu, iniunxus est.

## A D P O N T I C U M.

Quid sentis, inquis, de nostris Marce libellis?

Sic me sollicitus, Pontice, sapere rogas,

Admiror, stupeo, nihil est perfectius illis

Ipse tuo cedit Regalus ingenio.

Hoc sentis? inquis, faciat tibi sic bene Cæsar,

Sic Capitolinus Iuppiter: imo tibi.

## A D S VOS M I N I S T R O S.

Sextantes, Calliste, duos infunde Falerni,

Tu super et stivas, Aleine, funde niues,

Pinguescat nimio madilus mihi crinis amomio.

Lassentur que rosis tempora sutilibus.

Iam vicina iubent nos viuere Mausolea:

Cum doceant, ipsos posse perire Deos.

## A D C A E S A R E M.

Astra, polumque dedit, qua quis obstante nouerca,

Alcid, Nemæz terror, & Arcas aper,

Et castigatum Libycæ cerouia palestræ:

Et grauis in Siculo puluere fusus Erix:

Syluarumq; tremor, tacita qui fraude solebat

Dusore nec rectas Gacus in antia boves.

V A L. M A R T I A L I S.

Ista tuꝝ, Cesar, quota pars spectatur arenæ?  
Dat maiora nouus prælia manæ dies.  
Quot grauiora cadūt Nemeço pondera monstros  
Quot tua mænalias callocat hasta fues?  
Redditatur si pugna triplex pastoris Iberi,  
Est tibi, qui possit vinceret Geryonem.  
Sæpe licet Graiaæ numeretur bellua Lernæ!  
Improba Niliacis quid facit Hydra feris?  
Pro meritis cœlum tantis, Auguste, dederunt  
Alcidæ citro dīj: se tibi sero dabunt.

I N P O N T I L I A N V M.

Sæpe salutatus, nunquam prior ipse salutas:  
Sic ei it æternum, Pontiliane, vale.

D E H I R V N D I N E.

Hybernos peterent solito cùm more recessus  
Athides, ir. nidis vna remansit autis.  
Deprehensere nefas ad tempora verna reuersæ,  
Et profugam volucres diripuere suæ,  
Serō dedit pœnas: discerpi noxia mater  
Debuerat sed tunc, cum lacerauit Itym.

D E A P I C I O.

Dederas, Apici, bis trecenties ventri,  
Sed adhuc supererat centies tibi laxum.  
Ho tu gravatus, ne famem & sitim ferres,  
Summa venenum potionē duxisti,  
Nil est, Apici, tibi gulosius factum.

I N I N V I T A T O R E M.

Omnia cùm retro pueris obsonia tradas:  
Cur non mensa tibi ponitur à pedibus?

A D F A V S T I N V M.

Si temperari balneum cupis feruens  
Faustine, quod vix Julianus intraret:  
Rogo lauet vti rhethorem Sabineum,  
Neronianas refrigerat thermas.

I N C A N D I D V M.

Prædia

prædia solus habes, & solus, Candide, nummos?  
 Aurea solus habes, myrrina solus habes:  
 Massica solus habes, & opini's cecuba solus:  
 Et cor solus habes, solus & ingenium,  
 Omnia solus habes, hoc me puto velle negare:  
 Stultitiam sed habes, Candide, cum populo.

## IN GALLVM.

Nunquam me reuocas, venias cùm sèpe vocatus;  
 Ignosco nullum si modo, Galle vocas.  
 Inuitas alios vitium est utriusque, quod? inquis.  
 Et mihi cor non est: & tibi, Galle, pudor.

## IN NESTOREM,

Auriculam Mario grauiter miraris olere.  
 Tu facis hoc: garris, Nestor, in auriculam.

## IN ZOILVM.

Has cum gemina compede dedicat catenas,  
 Saturne, tibi Zeilus, annulos priores.

## AD GARCILIANVM.

Sportula nulla datur: gratis coniuua recumbis.  
 Dic mihi quid Romæ, Gargiliane, facis?  
 Cùm ratione licet dicas te viuere summa.  
 Quòd viuis, nullacum ratione facis.

## AD RVFFINVM.

Sunt tibi (confiteor) diffusi iugera campi,  
 Vrbanique tenent prædia multa lares;  
 Et seruit dominæ numerosus debitor arce,  
 Sustentatque tuas aurea mensa dapes,  
 Fastidire tanen noli, Ruffine, minores.  
 Plus habuit Didymus, plus Philomelus habet.

## DE PISCIBVS SCVLPTIS,

Artis Hhidiacæ toreuma clarum,  
 Piscis aspicis: adde aquam natabunt.

## IN FABIANVM.

Quod nouus, & nuper factus tibi præstat amicus:  
 Hoerat stare iubes me, Fabiane, tibi.

VAL. MARTIA L.

Horridus ut primo semper te mane salutem,  
Per mediumque trahat me tua sella lutum:  
Lastus ut in thermas decima, vel serius, hora.  
Tesequar Agrippæ, cum lauer ipse Titi.  
Hoc per triginta merui, Fabiane, decembres:  
Ut sim tyro tuæ semper amicitia?  
Hoc merui, Fabiane, toga, tritaque, meaque:  
Ut nondum credas me metuisse rudem?

IN IRASCENTES AMICOS.

Irasci tantum felices nostis amici.  
Non belle facitis sed iuuat hoc facere.

AD SEXTVM.

Quæ te causa trahit, vel quæ fiducia Romam.  
Sexte: quid aut speras, aut petis inde? refer.  
Causas, inquis, agam Cicerone disertius ipso,  
Atque erit in triplici patre mihi nemo foro.  
Egit Atestinus causas, & ciuis, vtrumque  
Noras, sed neutri pensio tota fuit,  
Si nihil inueniet, pangentur carmina nobis:  
Audieris, dices esse Maronis opus.  
In sanis, omnes gelidis quicunque lacernis  
Sunt tibi, Nasones, Vergilioisque vides.  
Atria magna colam, vix treis aut quattuor ista  
Res aluit, paller cætera turbâ fame.  
Quid faciam? suade: nam certum est: viuere Romæ.  
Si bonus es, casu viuere sexte potes.

IN THELESINVUM.

Mutua quod nobis ter quinquaginta dedisti  
Ex opibus tantis, quas grauis arca premit:  
Esse tibi magnus, Theleside, videris amicus.  
Tu magnus, quod das: imino ego, quod recipis,

DE LACERTA CELATA.

Inserta phialæ Mentoris manu ducta,  
Lacerta vivit, & timetur argentum.

IN LENTINVUM

Leoni

Mentiris iuuenem tinctis, Lentine, capillis,  
Tam subito coruus, qui modo cygnus eras.  
Non omnis fallis, scit te Proserpina canum;  
Personam capit detrahet illa tuo.

## IN LIGVRINVM.

Occurrit ribi nemo quodlibenter:  
Quod quacunque venis, fuga est, & ingens  
Circa te, Ligurine, solitudo:  
Quid sit scire cupis? nimis poeta es.  
Hoc valde vitium periculorum est,  
Non tigris catulis citata raptis,  
Non dipsas medio perusta Sole,  
Nec si scorpius improbus timetur.  
Nam tantos, rogo, quis ferat labores?  
Et stanti legis, & legis sedenti:  
Currenti legis, & legis cubanti  
In thermas fugio, sonas ad aurum  
Piscinam peto, non licet natare.  
Ad coenam propero, tenes euntē,  
Ad coenā venio, fugas, sed étem.  
Lassus dormio, suscitans iacentem.  
Vis quantum facias mali, videre?  
Vir iustus, probus, innocens, timeris.

## DE EODEM.

Fugerit an mensas Phœbus, coenamque Thiestar,  
Ignoro: fugimus nos, Ligurine tuam.  
Illa quidem lauta est, dapibusq; instructa superbis:  
Sed nihil omnino, te recitante, placet.  
Nolo mihi ponas rhombum, mulumque bilibrem.  
Nolo boletos, ostrea nolo: tace.

## AD CANDIDVM.

Exigis à nobis operam, sine fine togatam,  
Non eo, libertum, sed tibi mitto meum.  
Non est, inquis, idem, multo plus esse probabo.  
Vix prole etiam subsequar: ille feret.

VAL. MARTIALIS.

In turbam incideris, cunctos vmbone repellens  
Inualidum est nobis, ingenuumque latus,  
Quidlibet in causis narraueris, ipse rasebo:  
At tibi tergeminum mugiet ille sophos.  
Liserit, ingenti faciet conuicta voce;  
Esse pudor vetuit fortia verba mihi.  
Ergo nihil nobis, inquis, præstabis amicus?  
Quicquid libertus, Candide, non poterit.

DE BASSO AD. FAVSTINVM.

Capena grandi porta qua pluit gutta,  
Phrygiumque matri Almo qua lauat ferrum,  
Horatiorum qua viret sacer campus.  
Et qua pusilli feruerit Herculis fanum,  
Faustine, plena Bassus ibat in rheda.  
Omneis beati copias trahens turris.  
Illic videris frutice nobili caules,

Sectilerq;  
\* Vifa.

Et vtrumque porrum \* sessilesque lactucas,  
Pigro que ventri non inutiles betas.  
Illic coronam pinguibus grauem turdis,  
Leporemq; lasum Gallici canis dente,  
Nondumque \* vieta lacteum faba porcum,  
Nec feriatus ibat ante carrucam,  
Sed tuta, feno cursor oua portabat.  
Romam petebat Bassus, iuniorus ibat.

DE OLLO.

Pauperis extruxit cellam, sed vendidit Ollus  
Prædia: nunc cellam pauperes Ollus habet,

IN INVITATOREM.

Veientana mihi misces: tibi Massica potas:

Olfacere hæc malo copula, quam bibere,

IN LYGVRINVM.

Hæc tibi, non alia est ad cœnam causa vocandi,

Verticulos recites ut Lygurine tuos.

Deposui soleas, affertur protinus ingens

Inter lactucas, oxigarumq; liber.

Alter perlegitur dum fercula prima morantur,  
 Tertius est, nec adhuc mensa secunda venit,  
 Et quartum recitas, & quintum denique librum.  
 Putidus est, toties si mihi ponis aprum.

Quod si non scombris scelerata poēmata dones:  
 Cœnab s solus iam, Lygurine, domi.

## AD THONGILIANVM.

Empta domus fuerat tibi, Tongil'anc, ducentis.  
 Abstulit hanc nimium casus in urbe frequens  
 Collatum est decies. Rogo non potes ipse videri  
 Incendisse tuam, Tongiliane, domum?

## IN GELLIAM.

Quod qua cunq; venis, Cesmū migrare putamus  
 Et fluere excusso cinnama fusa vitro.  
 Nolo peregrinis placeas tibi, Gellia, nugis,  
 \* Sic puto posse meum, sic bene olere canem.

\* Scis.

## DE CAVPONE

Rauennate.

Sit cisterna mihi, quam vinea, malo Rauennæ:  
 Cum possim multò vendere pluris aquam.  
 Callidus imposuit nuper mihi caupo Rauennæ.  
 Cum peterem mistum, vendidit ille merum.

## DE VILLA FAUSTINI.

ad Bassum.

Baiana nostri villa, Bassi, Faustini  
 Non otiosis ordinata myrtetis,  
 Viduaque platano, tonsilique buxeto  
 Ingrata lati spatia detinet campi.  
 Sed rure vero, barbaroque lætatur.  
 Hic farta premitur angulo Ceres omni:  
 Et multa fragat testa senibus autumnis.  
 Hic post Nouembres, imminentे iam bruma,  
 Seras putatur horridus refert vuas.  
 Truces in alta valle mugunt tauri,  
 Vitulusque inermi fronte prurit in pugnam.

VAL. MARTIALIS

Vagatur omnis turba sordidae cortis,  
Argatus anser, gemmeique pauores,  
Nomenque debet quæ rubentibus pennis,  
Et picta perdix, Nuanidicæque guttate,  
Et impiorum phasiana Colchorum  
Sonantque turres plausibus columbarum.  
Gemit hinc palumbus, inde cereus turtur.  
Audi sequuntur villicis lînum porci,  
Matremque plenam mollis agnus expeditat,  
Cingunt lerenum lactei focum vernæ,  
Et larga festos lucet ad lares sylua.  
Non legnis albo pallet otio caupo.  
Nec perdit oleum lubricus palestrita.  
Sed tendit audiæ rœte subdolum turdis,  
Tremulâe captum linea trahit pisces,  
Aut impeditam cassibus refert damam.  
Exerceat hilares facilis hortus vimbras,  
Nec venit inanis rusticus salutator,  
Fert ille ceris cana cum suis mella,  
Metamque lactis sassinate de sylua,  
Somniculosos ille porrigit glires,  
Hic vagientem natri hispide fœtum,  
Alius coactos non amare capones,  
Et dona matrum vimineo ferunt texo  
Grandes proborum virgines colonorum,  
Facto vocatur latus opere vicinus,  
Nec auara seruat crastinas dapè mensa,  
Vescuntur omnes, ebrioque non noctis  
Satur minister inuidere conuiuit.  
At tu sub urbe possides famam mundam,  
Et turre ab alta prospicis meras laurus,  
Et visitorem farre pascis urbano,  
Pictamque portas otiosus ad villam.  
Olus, oua, pullos, poma, caseum, mestum,  
Rus hoc vocari debet, au domus longèt

## LIBER V.

## DE SVTORE ET FVLLONE.

Butor cerdo dedit tibi, culta Banonia munus.

\* Tibi.

Fullo dedit Mutinæ, nunc\* vbi copo dabit?

## IN PONTICVM.

Cum vocor ad cœnam, non iam venalis, vt antè,

Cur mihi non eadem, quæ tibi, cœna datur?

Ostrea tu sumis stagno saturata Lucrino:

\* Sumitur in ciso mytilus ore mihi

\* Suggitur

Sunt tibi boleti: fango sumo\* suillos.

Pusillus.

Res tibi cum rhombio est: at mihi cum sparulo:

Aureus immodicis turtur te clunibus implet:

Ponitur in cauea mortua pica mihi.

Cur fine te cœno, cum tecum, Pontice, cœnem?

Spertula\* quod non est, pro sit, edamus idem.

\* Quæ

## IN CINNAM.

Esse nihil dicas, quicquid petis, improbe Cinna.

Si nil, Cinna, petis: nil tibi, Cinna, nègo.

## IN QVINTVM.

Centenis quòd emis pueros, & sæpe ducentis:

Quòd sub rege Numa condita vina bibis:

Quòd constat decies tibi non speciosa supeller:

Libra quòd argenti millia quinque rapit:

Aurea quòd fundi pretio carruca paratur:

Quòd pluris\* nulla est, quam donus empta tibi.

\* Nulli.

Hæc animo magno credis te, Quinte, parare?

Falleris hæc animus, Quinte, pusillus erit.

## AD LESBIAM.

Arctoa de gente comam tibi, Lesbia, misi:

Vt scires quanto sit tua flava magis.

## IN MANTONIVM.

Antoni, Phario nil obiecture Photino,

Et leuis tabula, quam Cicerone nocens:

Quid gladium deimens Romana stringis in ora?

Hoc admississet nec Catilina nefas,

Impius si vando miles corrum patitur aure:

Et tantis

V A L. M A R T I A L I S.

Et tantis opibus vox raser vna tibi.

Quid prosunt sacre pretiosa silentia linguae?

Incipient omnes pro Cicerone loqui,

D E S Y R I S C O, A D

Maximum,

Infusum sibi nuper a patrone.

Plenum: Maxime centies Syriscus

In sellariolis vagus popinis

Circa balnea quattuor peregit.

O quanta est gula, centies comesse?

Quanto maior adhuc, nec accubare?

A D F A V S T I N V M.

Humida qua gelidas summittit trebula valles,

Et viridis Cancri mensibus alget ager

Rura Cleoneo nunquam temerata leone,

Erdomus Aeolio semper amica Noto,

Te Faustine vocat: longas his exige messes

Collibus, hybernum iam tibi Tibur erit.

D E O R I G I N E B A C C H I.

Qui potuit Bacchi matrem dixisse Tonantem,

Ille potest Semelen dicere, Raffe, patrem,

A D T H E O D O R V M.

Non donem tibi cur meos libellos

Oranti toties, & exigenti,

Miraris Theodore? magna causa est:

Dones tu mihi ne tuos libellos.

D E P O M P E I O E T F I L I I S.

Pompeios iuuenes Asia, atque Europa, sed ipsum

Terra tegit Libyes: si tamen vlla tegit.

Quid mirum, toto si spargitur orbe: acere

Vno non poterat tanta ruina loco.

A D C I N N A M.

Profecit poto Mithridates saepe veneno.

Toxica ne possent saeva nocere sibi.

Tu quoque canisti cœnando tam male ser:

Ne poss

Neposses vñquam Cinna, périre fame,  
AD MARVL LVM.

Natratur bellè quidam dixisse, Marulle,  
Qui te ferre oleum dixit in auriculam,

AD TORANIVM.

Si tristi domicenio laboras;

Torani: potes esu ire mēcum.

Nec deerunt tibi, si soles προπίνειν,

Viles Cappadoce, grauesque porri,

Divisus cybium latebit oris.

Ponetur digitis tenendus vstis

Nigra coeculus virens patella,

Algentem modo qui reliquit hortum,

Et pulchri niueam premens botellus,

Et pallens fabā cum rubente lardo.

Mensē munera si voles secundæ;

Marcentes tibi porrigitur vuæ,

Et nomen pyra quæ ferunt Syrorum.

Et quas docta Neapolis creavit,

Lento castaneæ vapore tostæ,

Vinum tu facies bonum biuendo.

Post hac omnia forte si mouebit

Bacchus, quan̄ solet, esuritionem,

Succurrent tibi nobiles olinæ,

Piceni modo quas tulere tamī,

Et feruens cicer, & tepons lupinus.

Parua est cœnula, quis potest negare?

Sed singes nihil, audieſūe ſitum,

Et vultu placidus tuo recumbes,

Nec crassum dominus leget volumen.

IN ZOILVM.

Vndecies vna surrexi, Zoile, cœna:

Et mutata tibi est synthesis vndecies:

Sudor inhæreret madida ne veste retentus,

Et laxim tenuis laederet aura cutem,

V A L. M A R T I A L I S.

Quar ego non sudo, quitecum, Zoile, e<sup>c</sup> nos.  
Fr<sup>e</sup>us enim magnum synthesis vna facit.  
A D S E V E R V M.

Non totam mibi si vacabis horam  
Dones, & licet imputes Seuere,  
Dum nostras legis, exigisque nugas,  
Durum est perdere ferias : rogamus,  
Iacturam patiaris hanc, ferasque.

\*Ipse.  
Quod si legeris \* ipsa cum deserto,  
(Sed nunquid sumus improbi?) Secundo  
Plus multo tibi debiturus hic est,  
Quam debet domino suo libellus.  
Nam securus erit, nec inquietus  
Lasti marinora Sisyphi videbit:  
Quem censoria cum meo Seuero  
Docti lima momorderit Secundi.

A D A E M I L I A N U M.

Semper eris pauper, si pauper es, Aemiliane.  
Dantur opes nullis nunc, nisi diuitibus,

I N G A V R V M.

Quid promittebas mihi millia, Gaure, ducentas?  
Si dare non poteras millia, Gaure, decem?  
An potes & non vis: rego non est turpius illud?  
I, tibi \* dispereas, Gaure: pusillus homo es.

A D G A L L A M.

Arcana modò raptus è ponina  
Aedilem rogatus aleator  
Saturnalia transire tota,  
Nec munuscula parua, nec minora  
Misisti mihi, Gaila, quæ solebas.  
Sanè sic habeat meus December.  
Scis certè, puto, vestra iam venire  
Saturnalia, Mattis kalendas.  
Tunc reddam tibi, Galla, quod dedisti

F I N I S L I B. V.

# P. O V I D I I

## NASONIS CONSO- LATIO AD LIVIAM

A U G U S T A M.

De morte Drusi Neronis, filii eius, qui in  
in Germania morbo periit.



15A diu felix mater modò dicta  
Neronum,  
Iam tibi dimidium nominis  
huius adest,  
Iam leges in Drusum miserabile  
Livia catmen,  
Vnum, qui dicat iam tibi ma-  
ter habes.

Nec tuā te pietas distendit amore tuorum,  
Nec posito fili; nomine, dicas vter?  
Et quisquam leges audet tibi dicere flendi?  
Et quisquam lacrymas temperat ore tuas?  
Hei mihi, quām facile est, quamuis hoc contigit, oēs  
Alterius luctu fortia verba loqui  
Scilicet exiguo percussia es fulminis istu;  
Fortior ut possis cladibus esse tuis.  
Occidit exemplū iuuenis venerabile morum,  
Maximus ille armis, maximus ille toga.  
Ille modò eripuit latebrofas hostibus Alpes,  
Et tirulum belli dux duce fratre tulit.  
Ille genus sueuos acre, indomitosq; Sicambros  
Contudit, inq; flugam barbara terga dedit.  
Ignotumq; tibi meruit Romane triumphum,  
Procul in terras imperiumq; nouas.

Sobsecr

**Soluere vota Ioui fatōrum ignara tuorum**  
 Mater, & armiferæ soluere vota Deæ,  
**Gradiuumq; patrem dones implere parabas,**  
 Et quoscunq; colis est iusq;, piusq; Deos.  
**Maternaq; factos agi abas mente triumphos,**  
 Fortitan & curæ iam tibi currus erat.  
**Funera pro sacris tibi sunt ducenda t: triumphis,**  
 Et tumulus Drusum pro Iouis arce manet.  
**Fingebas reducēm, perceptaq; mente fouebas**  
 Gaudia, & ante oculos iam tibi vīctor erat.  
**Iam veniet, iam me gratantem tu: bā videbit,**  
 Iam mihi pro Druso dona ferenda meo.  
**Obvia progrederi, felixq; per oppida dicar,**  
 Collaq; & os, oculosq; illius ore premām.  
**Talis erit, sic occurret sic oscula iunget,**  
 Hoc mihi narrabit, sic prior ipia loquar.  
**Gaudia magna foues, spem pone miserrima falsam,**  
 Desine de Druso lata referre tuo.  
**Cæsar is illud opus veluti pars altera vestri**  
 Occidit, in lignas Liuia solue comas.  
**Quid tibi nunc mores profunt, actumq; pudicē**  
 Omne æcum? & tanto iam placuisse viro?  
**Qui lq; pudicitia tantum inuolata bonorum,**  
 Ultima sit laudes inter vtilia tuas?  
**Quid tenuisse animum contra sua secula rectum?**  
 Altius & vitijs exeruisse caput?  
**Nec nocuisse vlli? & fortunam habuisse nocendi?**  
 Nec quoniam neruos extimuisse tuos?  
**Nec vires errasse tuas campoq; foroq;**  
 Quamq; licet citra constituisse domum?  
**Nempe per hos etiam forūnæ iniuria mores**  
 Regnet, & incerta est hic quoq; nixa rota.  
**Hic quoq; sentitur, ne quid non improba carpat,**  
 Sævit, & iniustum ius tibi vbiq; facit.  
**Scilicet ut munis si luctus una fuisset.**

Livia, fortunæ regna minora forent.  
 Quid si non habitu sic se gesisset in omni,  
   Ut sua non essent inuidiosa bona?  
 Cæsaris adde domum, quæ certè funeris expers  
   Debuit humanis altior esse malis.  
 Ille vigil summa facer ipse locatus in arce  
   Res hominum ex tuto cernere dignus erat.  
 Nec fleri ipse suis, nec quenquam flere suorum,  
   Nec quæ nos patimur vulgus, & ipse pari.  
 Vidimus erepta mortarentem stirpe sororis,  
   Luctus ut in Druso publicus ille fuit  
 Condidit Agrippam, quo te Marcellæ sepulcro,  
   Et cerit generosiam locus ille daos.  
 Vix Posito Agrippa tumuli beseiantia clausa est.  
   Perficit officium funeris ecce soror.  
 Ecce ter antè dæi iactura nouissima Drusus  
   A magno lacrymas Cæsare quartus habet.  
 Claudite iam Parcae, nimium referata sepulcræ  
   Claudite, plus iusto iam domus ista patet.  
 Cedis, & incassum tua nomina Druse leuantur:  
   Vitima sit faci hæc summa querela tui.  
 Iste potest implere dolor vel secula tota,  
   Et magni luctus ob inuisse locu  
 Multi in te amissi, nec tu tot verbæ bonorum  
   Omnis cui virtus contigit, unus eras.  
 Nec genitrice tua secundior villa pareatum,  
   Tot bona per partis quæ dedit vna duos.  
 Hæc par illud ubi est totidem virtutibus æquum?  
   Et concors pietas? nec dubitatus amor?  
 Vidimus attonitum fraterna morte Neronem  
   Pallida premisa flere per ora coma.  
 Dissimilemque vultu profidente dolorem,  
   Hei mihi quæm toto luctus in orbefuit.  
 Tu tamen extremo moriturum tempore fratrem  
   Vidisti, lacrymas vidit & ille tuas.

Affigiq; suis moriens tua pectora sensit,  
Et tenuit vultu lumina fixa tuo.

- \* Iamq; na  
tantia Lumina cœrulea iam\*iam nutantia morte,  
Lumina fraternalia iam subitura manus.  
At misera parvula parens suprema neq; oscula fixit,  
Frigida nec mouit membra tremente sinu.  
Non animam apposito fugientem excepit hiatu,  
Nec traxit cœcas per tua membra comas:  
Raptus est absenti, dum te fera bella morantur,  
Vtilior patriæ quam tibi Druse tuæ.  
Liquitur, ut quondam Zephyris, & solibus iæ  
Soluuntur teneræ vere cepente niues:  
Te queritur, casusq; malos, i: risaq; tales,  
Accusatq; annos, ut diurna, suos.  
Talis in umbrosis mittis nunc deniq; sylvis  
Deflet Threicium Daunias ales llyn.  
Halcyonum tales ventosa per æqua questus  
Ad surdas tenui voce sonantur aquas.  
Sic plumosa novis plangentes pectora pennis  
Oeniden subitæ concinuisti aues.  
Sic fleuit Clymene, sic & Clymeneides altæ,  
Cùm iuuenis patris excidit ictus equis.  
Congelat interdum lacrymas, duratq; tenetq;  
Suspensasq; oculis fortior ictus agit.  
Erumpunt iterumq; grauant genitumq; sinusq;  
Effusæ grauidis, vberibusq; genis.  
In vites abiit flendi mora, planior vnda  
Defluit, exigua siquâ retenta mora.  
\* Sic. Tadem ubi per lacrymas licuit,\* sed flebilis orsa est,  
Singulu medios impediens sonos.  
Natæ breuis fructus, duplicitis sors altera partus,  
Gloria confectæ nate parentis, ubi es?  
Sed neq; iam duplicitis, nec iam sors altera partus,  
Gloria confectæ nunc quoq; matris, ubi es?  
Hc umedò tantus ubi es? tumulo portaris. & igni.

LIVIA M.

50

Hæc sunt in redditus dona paranda tuos?  
Siccine dignus eras oculis occurtere matris?  
Sic ego te reducem digna videre fui?  
Cæsar is uxori si talia dicere fas est,  
Iam dubito magnos an reat esse deos:  
Nam qui ego admisi? quæ non ego numina cultu,  
Quos ego non potui demeruisse deos?  
Hic pietatis honos? artus amplector inaneis,  
Et vocat hos ipsos flamma, robusq; luus.  
Téne ego susinzo positum icelerata videre?  
Téne, meæ poterunt vngere nate manus?  
Nunc ego te infelix summum temeoq; tuorq;?  
Affigoq; manus, oraq; ad orā feror  
Nunc primum aspiceris consil' victorq; parenti?  
Sic mihi, sic miseræ nomina tanta refers?  
Quo primum vidi fasces, in funere vidi;  
Et vidi euersos, indiciumq; mali.  
Quis credit? matrilux hæc charissima venit;  
Quà natum in summo vidi honoré suum:  
Iamne ego non felix? iam pars mihi raptæ Neronum  
Materna celebet noin, ne Drusus avi?  
Iamne meus non est? nec me facit ille patenitem?  
Iamne fuit Drusi mater, & ipse fuit?  
Nec cùm victorem referatur adesse, Neronem,  
Dicere iam potero maior? an alter, adest?  
Ultima contigunus, ius matris habemus ab uno:  
Vnius est munus quod tamen orba negor.  
Me miseram extimui, frigusq; per ossa cucurrit:  
Nil ego iam possum certa vocare meum.  
Hic meus ecce fuit, iubethic de fratre vereri:  
Omnia iam metuo, fortior antè fui.  
Sospite te salutem moriar Nero: tu mea condas  
Lumina, & excipias hanc animam ore pio.  
Atq; utinam Drusi manus altera, & altera fratri  
Fori great oculos, comprimerentq; meos.

Quod licet hoc certe tumulo ponemur in uno

Druſe, neq; ad veteres conditus ibis a uos.

Miscebor cineriq; cinis, atq; ossibus ossa;

Hanc lucem celeri turbine Parca neat.

Hæc & paura refert, lacrymæ sua verba iequuntur

Oraq; ne quicquam per modo questa fluunt.

Quinetiam corpus matris vix vixq; remissum,

Exequijs caruit Livia penè suis nodi cursum dedit

Quippe duce in arsus exercitus omnis armis,

Inter quæq; ruit ponere certus erat.

Abitulit mortis corpus venerabile frater,

Et Drusum prunæ, quod licuitq; dedit.

Funera ducuntur Romana per oppida Druſi,

(Heu facinus) per quæ vicit oriturus erat.

Per quæ deletis Rhaetorum venerat armis.

Hei mihi, quam dispersa hunc fuit illua iter,

Consuluit tristis mœrentem fascibus urbem,

Quid faceret victus sic ubi vicitur?

Mœsta domus plangore sonat, cui figere latus

Parta sua dominus venerat arma manu.

Vrbs gemit, & vultum miserabilis induit vnum:

Gentibus aduersis forma sit illa precor.

Incerti clavi suntq; domos, strepitantq; per urbem,

Hic illi pauidi clamq; palamq; dolent.

Iura silent, mutuaq; tacent sine vindice leges,

Aspicitur toto purpura nulla foro.

Dijq; latent templis, neq; iniqua ad funera vultus

Præbent, nec poscunt thura ferenda rogo.

Obscuros relubat enent: pudet ora colementum

Aspicere, inuidia quam meruere metu.

Atq; aliquis de plebe pius pro paupere nato

Sustulerat timidas sydera ad alta manus:

Iamq; precaturus, quid ego iam credulus, inquit,

Suscipiam in nullos irrita vota Deos?

Livia non illos pro Druso Litia mouit.

Nos erimus magno maxima cuta Ioui:  
 Dixit, & iratus vota infuscepta reliquit,  
 Duravitq; animum, destituitq; preces.  
 Obvia turba ruit, lacrymisq; rig. antibus ora, novi  
 Consulis crepti publica damna refert.  
 Omnibus ijdem oculi par est concordia flendi:  
 Funeris exequijs adsumus omnis eques:  
 Omnis adeat etas: moerent iuuenesq; senesq;  
 Ausoniæ matres, Ausoniæq; nurus.  
 Autorisq; su: præfertur imaginæ mæsta,  
 Quæ viatrix templis debita laus erat.  
 Certat onus luctu generosa subire iuuentus.  
 Et studet officio sedula colla dare.  
 Et voce, & lacrymis laudasti Cæsar alumnus,  
 Tristia cum mediis humperet\* ossa doloridu*s* \*Orsa.  
 Tu letum opasti, Dijs auersuntibus omen,  
 Par tibi, si sinceren te tua fatam mori.  
 Sed tibi debetur cœlum: te fulmine pollens,  
 Accipiet cupidi regia magna Iouis.  
 Quid petijt: vult ille tibi ut sua facta placent,  
 Magnaq; laudatus præmia moris habet,  
 Armatæq; rogum celebrant de more cohrites,  
 At pedes exequias reddit, equesq; duci.  
 Te clamore vocant iterumq; iterumq; supremo,  
 Aut vox aduersis collibus ieiunat,  
 Ipse pater fluis Tyberinus abluit ruit vadiis,  
 Sustulit è medio nubilus amne caput.  
 Tum salice implexum, musonq; & arundine crinem  
 Caruleum magna legit ab ore manu,  
 Vberibusq; oculis lacrymarum flumina misit,  
 Vix capit adiectas alueus altus aquas.  
 Iam q; rogi flammæ extinguere fluminis iœtu,  
 Corpus & intactum tollere certus erat.  
 Sustentabat aquas, cursusq; inhibebat equorum,  
 Ut posset toto proluere amne rogum.

Sed Mauors templo vicinus, & accola campi,  
 Tot dixit siccis verba neq; ipse genis:  
 Quanquam amnes decer ira, tamē Tyberine quiescat  
 Non tibi, non ullis vincere fata datur:  
 Iste meus pergit, pergitq; arma inter, & enses,  
 Et dux pro patria, funere causa latet.  
 Quod potui tribuisse, dedi: victoria parta est:  
 Autem abit operis, sed tamen extat opus.  
 Quondam ego tentavi, Clothoq; duasq; sorores,  
 Pollice quæ certò pensa secura trahunt:  
 Ut Remus Iliades, & frater conditor urbis:  
 Effugient aliqua stagna profunda via.  
 De tribus vna mihi partem accipe, quæ datur, inquit  
 Muneris: ex istis quod petis, alter erit.  
 Hic tibi mox Veneri Cæsar promissus vterq;,  
 Hos debet solos Martia Roma deos.  
 Sic cecinere Deæ, nec tu Tybetine repugna,  
 Irrita nec flamas amne morare tuo.  
 Nec iuuenis positis supremos destrue honores:  
 Vade agè, & immisis labere pronus aquis.  
 Paret, & in longum spatiofas explicat vndas,  
 Strictaq; pendent pumice tecta subit.  
 Flamma diu cunctata caput contigere sanctum  
¶ Sub. Erravit positō lenta \* sibi usq; toro.  
 Tandem ubi complexa est sylvas, alimētaq; sumpsit,  
 Aethera subiectis lambit & astra comis.  
 Qualis in Herculeæ colluxit collibus Oæ,  
 Cum sunt imposito membra cremata Deo.  
 Virtut heu decor ille viri, generosaq; forma,  
 Et facil s' vultus virtut ille vigor,  
 Victoriaq; manus, facundaq; principis ora,  
 Pectoraq; ingenij magna, capaxq; domus.  
 Spes quoq; multorum flammis vruntur in iudeis,  
 Lite iugis miseræ viscera matris habet.

Facta ducis viuent, operosaq; gloria rerum  
Hæc manet, hæc auidos effugit vna rogos.

Pais erit historiaz, totoq; legerut in æuo,

Seq; opus ingenii s, carminibusq; dabit,

Stabis & in rostris tituli speciosus honore,

Causaq; dicemur nos tibi Druse necis.

At tibi ius venie supereft Germania nullum,

Postmodò tu pœnas barbare morte dabis.

Aspiciam regum liuentia colla catenis,

Duraq; per fæuas vincula nexa manus.

Et tandem trepidos vultus, inq; illa ferocum

Inuitis lacrymas decidere ora genis.

Spiritus ille minax, & Drusi morte superbus

Carnifizi in mœsto carcere dandus erit,

Confistam, lætisq; oculis, lætusq; video

Strata per obfœrias corpora nuda vias.

Hunc aurora diem spectacula tanta ferentem

Quamprimum croceis rosida portet equis.

Adiice Ledzos concordia sydera fratres,

Templaq; Romano conspicienda foro,

Quam pa: uo numeros impleuit principis æuo,

In patriam meritis occubuitq; senex.

Nec sua conspiciet (miserum me) munera Drusus,

Nec sua præ templi nomina fronte leget.

Sæpe Nero in lachrymas summissa voce loquetur,

Cur adeo fratres, heu sine fratre deos?

Certus eras nunquam, nisi viator, Druse reuerti.

Hæc te debuerant tempora, viator eras.

Consule nos, aduce, no duce iam victore caremus,

Inuenit & tota mæror in viba locum.

At comitum squalent immissi ora capillis,

In felix, Druso sed pia turba suo.

Quotum aliquis tendes in te sua brachia dixit,

Cur sine met: cur sic in comitatus abis?

Quid referam de te dignissima coniuge Druso?

Atq; eadem Drusi digna parente durus?

Par bene compositum, inuenit fortissimus alter,  
Altera iam forti mutua cura viro.

Fœmina tu princeps, tu filia Cæsar is illi,  
Nec minor est magni coniuge iussa Iouis.

Tu concessus amor, tu solus, & ultimus illi,  
Tu requies fesso grata laboris eras.

Te moriens per verba nouissima questus abesse,  
Et mota in nomen frigida lingua tuum.

Iufelix recipis, non quem promiserat ipse,  
Nec qui missus erat, nec tuus ille redit:

Nec tibi deletos poterit narrare Sicambros,  
Ensibus & Sueuos terga dedisse suis.

Fluminaq;, & montes, & nonna magna locorum,  
Et siquid miri vidi in orbe novo.

Frigidus ille tibi, corpusq; refertur inane,  
Quemq; premat sine te sternitur ecce torus.

Quo raperis laniata comas: similiq; furenti  
Quo ruis? attonita quid petis ora manu?

Hoc fuit Andromache cum vir religatus ad axes  
Terruit admisos sanguinolentus equos.

Hoc fuit Euadne, tunc cum ferienda coruscis  
Fulminibus Capaneus impavidæ ora dedit.

Quid mortem tibi mœsta rogas? amplexaq; natos  
Pignora de Druso sola reliqua tenes?

Et modò per somnos agitaris imagine falsa?  
Teq; tuo Drusum credis habere finu?

Et subito tentasq; manu, soerasq; receptum?  
Quæris & in vacui parte priore tori?

Ille pio, si non temere hæc creduntur, in aruo  
Inter honoratos excipietur suos.

Magnaq; maternis maioribus, & quæ paternis?  
Gloria quadrijugis aureus ibit equis.

Regaliq; habitu, curruq; superbus eburao

Fronde triumphali tempora victus erit.  
 Accipient iuuenem Germanica signa ferentem  
 Consulis imperio, conspicuumq; decus.  
 Gaudebuntq; suæ merito cognomine gentis,  
 Quod solum domito victor ab hoste tulit.  
 Vix credent tantum rerum cœpisse tot annos  
 Magna viri latum quærere facta locum.  
 Hæc ipsum sublime ferent, hæc optima mater  
 Debuerant luctus attenuare tuos.  
 Fœmina digna illis, quos aurea condidit ætas,  
 Principibus natis, principe digna viro.  
 Quid deceat Drusi matrem, matremq; Neronis  
 Aspice, quo surgas aspice mane toro.  
 Non eadem vulgusq; decent, & lumina rerum,  
 Est quod præcipuum debeat ista domus.  
 Imposuit te altero fortuna, locumq; tueri  
 Iussit honoratum, Liuia perfer onus.  
 Ad te oculos, auresq; trahis, tua facta notamus,  
 Nec vox missa potest principis ore tegi.  
 Alta mane, supraq; tuos exurge dolores,  
 Infragilemq; animum, quo potes vsq; tene.  
 An melius per te virtutum exempla petemus,  
 Quam si Romanæ principis edis opus?  
 Fata manent omneis, omneis expectat auarus  
 Portitor, & turbæ vix satis vna ratis.  
 Tendimus huic omnes, metam properamus ad vnam,  
 Omnia sub leges mors vocat atra suas.  
 Ecce necem intentam cœlo, terræq; fretoq;;  
 Casurum triplex vaticinatur opus.  
 I nunc, & rebus tanta impendente ruina  
 In te solam oculos, & tua damna refer.  
 Maximus ille quidem iuuenum spes publica vixit,  
 Et qua natu serat gloria sumnia domus.  
 Sed mortalis erat, nec tu secura fuisti,  
 Fortia progenie bella gerente tua.

Vita data est vtenda, data est sine fœnore nobis  
 Mutua, nec certa persoluenda die.  
**F**ortuna arbitris tempus dispensat vbiq;  
 Illa rapit iuuenes, sustulit illa senes.  
**Q**uaq; ruit, furibunda ruit, totumq; per orbem  
 Fulminat, & cæcis cæca triumphat equis.  
**R**egna Dei immittis parce irritate querendo,  
 Sollicitare animos parce potentis heræ.  
**Q**uæ tamen hoc vno tristis tibi tempore venit,  
 Sæpe eadem rebus fauit amica tuis.  
**N**ata quod es altè, quod fœtibus aucta duobus,  
 Quodq; etiam magno consociata Ioui.  
**Q**uod semper domito rediit tibi Cæsar ab orbe,  
 Gestat & inuicta prospera bella manu,  
•**O**rfa. **Q**uod spes implerunt maternaq; vota Netones,  
 Quod pulsus toties hostis vtroq; duce.  
**R**henus & Alpinæ valles, & sanguine nigro  
 Decolor infecta testis Itargus aqua.  
**D**anubiusq; capax, & Daciūs orbe remoto  
 Appulus huic hosti per breue Pontus iter.  
**A**rmeniusq; fugax, & tandem Dalmata supplex,  
 Summaq; dispergi per iuga Pannoniæ.  
**E**t modò Germani Romanis cognitus orbis,  
 Aspice quam meritis culpa sit vna minor.  
**A**dde quod est absens fœtus, nec cernere nati  
 Semineces oculos sustinuere tibi.  
**Q**ui dolor & menti leuissimus influit ægræ,  
 Acciperes luctus aure coacta tuos.  
**P**rauerititq; metus per longa pericula luctum,  
 Tu quibus auditis anxia mentis eras.  
**N**on ex præcipiti dolor in tua pectora venit,  
 Sed per molitos antè timore gradus.  
**I**uppiter antè dedit fati mala signa cruentæ,  
 Flammifera petiit cum tria templa manu,  
**I**unonisq; graui nocte, impavid æq; Mineruæ,  
Sanctaq;

Sanctaq; & immensi Cæsaris ista manus,  
 Sydera quin etiam cœlo fugile feruntur,  
   Lucifer & solitas destruisse vias.  
 Lucifer in toto nulli comparauit orbe,  
   Et venit stella non præeunte dies.  
 Syderis hoc obitus terris instare monebat,  
   Et mergi Strygia nobile numen aqua.  
 At tu qui superes mœstæ solatia matris,  
   Comprecor illi ipsi conspiciare senex.  
 Perq; annos diutus eas fratisq; tuosq;  
   Et viuat nato cum sece mater anus.  
 Et ventura precor Deus excusare priora,  
   Dum volet, à Druso cætera lata dabit.  
 Tu tamen ausa potes tanto indulgere dolori,  
   Longius ut nolis, heu male fortis, ali.  
 Vix etiam fueras paucas vitalis in horas,  
   Obtulit inquitæ cum tibi Cæsar opem.  
 Admouitq; precés, & ius immiscuit illis,  
   Aridaq; affusa gættura tinxit aqua.  
 Nec minor est nato seruandæ cura parentis,  
   Hic adhibet blandas nec sine iure preces.  
 Coniugis, & natæ meritum peruenit ad omnes,  
   Coniugis, & natæ Liuia sospes opes,  
 Supprime iam lacrymas, non est reuocabilis istis,  
   Quem semel vmbrafera nauita lyntre tulit.  
 Hectora tot fratres, tot defluere sorores,  
   Et pater, & coniux, Astyanaxq; puer,  
 Et longæua parens, tamen ille redemptus ad ignes,  
   Nullaq; per Stygias vmbra renauit aquas.  
 Contigit hoc etiam Thetidi; populator Achilles  
   Iliaca ambustis ossibus arua premit.  
 Illi caruleum Panope mater tera crinem  
   Soluit, & immensas fletibus auxit aquas.  
 Consortesq; deæ centum, longæuaq; magni  
   Oceani coniux, Oceanusq; pater.  
 Et Theris ante amnes, sed nec Thetis ipsa, neq; oēs

Mutarunt audi tristia iura Dei.

**P**risca quid hic repeto? Marcellum Octavia fleuit.

Et fleuit populo Cæsar variisq; palam.

Sed rigidum ius est, & ineuitabile mortis,

Stant rata non vlla fila tenenda manu.

**I**pse tibi emissus nebulosum littus Auerni

Sic liceat, forti verba tot ore sonet.

**Q**uid numeras annos? vixi maturior annis

Acta senem faciunt, hæc numeranda tibi.

**H**is æuum fuit implendum, non segnibus annis:

Hostibus eueniat longa senecta metu.

**H**oc atavi monuere mei, proauiq; Nerones,

Fregerunt ambo Punica bella duces.

**H**oc domus ista docet per te mea Cæsaris alti:

Exitus hic mater debuit esse meus.

Nec meritis quicquam illa iuuant, magis affuit illis

Mater honos, titulis nomina plena vides.

Consul & ignoti viator Germanicus orbis,

Qui fuit heu mortis publica causa, legor.

Cingor Apollinea victoria tempora lauro,

Et sensi exequias funeris ipse mei.

Decursusq; virum notos mihi, donaq; regum,

Cunctaq; per titulos oppida lecta suos.

Et quo me officio portauerit illa iuuentus,

Quæ fuit ante meum tam generosa torum.

Deniq; laudari sacrato Cæsaris ore

Et merui lacrymas elicuiq; Deo

Et cuiquam miserandus ero, iam comprime fletus,

Hoc ego, qui flendi sum tibi causa, rogo.

Hæc sentit Drusus, siquid modò sentit, in umbra,

Nec tu de tanto crede minor a viro.

Est tibi, sitq; precor multorum filius in star,

Parsq; tui partus sit tibi salua prior.

Est coniux putela hominum, quo sospite vestram

Lilia funestam dedecet esse domum.

**E**INIS.

# DE NVCE<sup>ss</sup>

## ELEGIA.

Non ego iuncta viæ, cùm sim sine criminè vita,  
A populo saxis prætereunte petor.

Obruere ista solet manifestos poena nocentes,

Publica cùm lentam non capit ira moram.

Nil ego peccavi: nisi si peccare\* fatemur,

Annuæ cultori poma referre suo.

At prius arboribus tunc cùm meliora fuerunt

Tempora, certamen fertilitatis erat.

Tunc domini memores fertis ornare solebant

Agricolæ, fructu\* præueniente, Deos.

Sæpe tuas igitur Liber miratus es yuas,

Mirata est oleas sæpe, Minerua suas.

Pomaq; læsisser matrem, nisi, subdita ramo

Longa laboranti furca tulisset opem.

Quinetiam exemplo paiebat feminæ nostro,

Nullaq; non illo tempore mater erat.

At postquam platanis sterilem, præbentibus umbrâ,

Vberior quavis arbore venit honor,

Nos quoq; fructiferæ (si nux modo ponor in illis)

Cœpimus in patulas luxuriare comas.

Nunc neq; continuos nascantur poma per annos,

Yuaq; læsa domum, læsaq; bacca venit,

Nunc yterus vitio est, quæ vult formosa videri,

Raraq; in hoc suo est, quæ velit esse parens.

Cerè ego si nunquam peperisse, tutior essem:

Ista Clyte amnestra digna querela fuit..

Si sciat hoc vitis, nascenteis supprimet yuas:

Orbaq; si sciat hoc, Palladis arbor erit.

Hoc in nouiam veniat maloq; , pyroq;,

Destituent sylvas veraq; poma iuas.

Quæq; sibi vario distinguit poma colore,

\*Videtur.

\*Prouen,

Audiat

## DE

Audiat hoc cerasus, stipes inanis erit.

Non equidem in video, nunquam tamen villa feritur,  
Quæ sterilis sola est conspicienda coma.

Cernite synceros omnes ex ordine truncos,  
Qui modo nil quaere percutiantur habent.

At mihi sara nocent mutilatis vulnera ramis,  
Nudaq; detecto cortice ligna patent.

Non odium facit hoc, sed spes inducta rapinae,  
Sustineant aliae poma, quærentur idem.

Sic reus ille ferè est, de quo victoria lucro  
Elle potest: in opis vindice facta carent.

Sic tunc et insidias, qui se scit ferre viatos  
Quod timeat: tutum carpit inanis iter.

Sic ego sola petot, sibi quia causa petendi est,  
Frondbus intactis cetera turba viret.

\* Nostris. Nam quod habent fruticis aliquando proxima nobis  
Fragmina, quod læso vimine multa iacent,  
Non istic sua facta nocent: vicina damno est,  
Excipiunt ictu saxa repulsa meo.

Idq; fide careat, si non quæ longius absunt,  
Natuum retinent in uiolata decus,

Ergo, si sapiant, & mentem verba sequantur,  
Deuouent umbras proxima quæque meas.

Quam miserum est, odiūm dannis accedere nostris.  
Meq; ream nimia proximitatis agi.

Sed puto magna mei est operoso cura colono;  
Inueniat, dederit quid mihi, præter humum.

Sponte mea facilis contemptu nascor in agro;  
Parsq; loci, quo sto, publica penè via est.

Me, satane ledam, quoniam sata ledere dicor,  
Imus in extremo margine fundus habet.

\* Saturnia. Non mihi fax nimias\* Saturni deputat umbras,  
Durata renouat non mihi foſſor humum.

Sole licet, siccāq; siti peritura laborem,

Irrigua dabitus non mihi sulcus aquæ.

# N V C E.

56

At cùm maturas fisco noua corticee rimas

Nux agit, ad partes pertica sœuā venit.

Pertica dat plenis immunitia vulnera ramis,

Ne possum lapidum verbera solā queri.

Poma cadunt mensis non interdicta secundis,

Et condit lectas parca cōloha nuces.

Has puer aut certo\* lectas diuerbe at iictu,

Aut pronas digito bisue semelue petit.

Quattuor in nucibus non amplius alca tota est,

Cùm sibi suppositis additur vna tribus.

Per tabulae cliquum labi iubet alter, & optat

Tangat ut ē multis quælibet vna suam.

Est etiā; pat sit numerus, qui dicat, an impar,

Vt diuinatas aufrata augur opes.

Fit quoque de creta, qualem cœleste\* figura

Syodus, & in Græcis littera quarta gerit.

Hæc vbi distincta est gradibus, quæ constitit intus,

Quod tetigit virga, tot capit inde nuces.

Vas quoque sape cauum spatio distante locatur,

In quod missa leui nux cadat vna manu.

Felix secreto quæ nata est arbor in agro,

Et soli domino ferre tributæ potest.

Nos hominum strepitus audit, non illa rotarum,

Non à vicina puluerulentæ via est,

Illæ suo, quæcumque rulit, dare dona colono,

Et plenus fructus annumerare potest.

At mihi maturos nunquam licet edere fœtus,

Ante diemq; mæ percutiuntur opes.

Lanaria mollis adhuc, tenero est in lacte, quod intra

Nec mala sunt vlli nostra futura bono.

(est, *strenuus*)

Et tamen inuenio, qui me iaculetur, & iictu

Præfestinato munus inane petat.

Si fiat repti, fiat mensura relictæ,

Maiorem domini parte viator habet.

Sæpe aliquis folijs vbi nuda cacumina vidit,

Eff.

camæQ.

\*Rectas.

\*Eiguras.

Esse putat Boreæ triste furentis opus.

Aestibus hic, hic me spoliata frigore credit:

Est quoque, qui crimen grandinis esse putet.

At mihi nec grando duris iniusta colonis,

Nec ventus\* fraudi, solue, geluue fuit.

Fructus obest, perperisse nocet esse feracem,

Quæq; fuit multis, hæc mihi præda malo.

Præda malo Polydore fuit tibi, præda nefandæ

Coniuges Aonium misit in arma virum,

Hesperij regis pomaria tutæ fuissent,

Vna sed immensas arbor habebat opes.

At rubus, & sentes tantummodo lacerare natæ,

Spinaq; vindicta cætera tutæ sua est.

Me, quia non noceo, nec aduncis vindicor hamis,

Missa petunt auida saxa proterua manu.

**\* Damne** Quid, si non aptas solem\* imitantibus umbras,

Finditur Icario cum cane terra, darem?

Quid, nifi suffugium nimbos vitantibus essem,

Non expedita cum venit hymber aqua?

Omnia cum faciam, cum præstem sedula cunctis

Officium, saxis officiosa petor.

Hæc mihi perpetua, domini patienda querela est:

Causabor, quare sit lapidosus ager.

Dumq; repurgat humum, collectaq; saxa remittit;

Semper habent in me tela parata viæ.

Ergo iniusta alij, vni mihi frigora prosunt,

Ilo me uitam tempore præstat byems.

Nuda quidem iunc sum, nudam ramen expedit esse

Nec spolium de me, quod petat hostis habet.

**\* Fugienti bus.** At simul induimus nostris sua\* vellerat ramis:

Saxa nouos fructus grandine plura petunt.

Forsitan hic aliquis dicat, quæ publica tangunt,

Carpe concessum est, hoc via iuris habet.

Si licet hoc, oleas distringite, cædite messes:

Improbæ vicinum carpe viator olus.

**\* Munera.**

Intret & urbanas eadem petulantia portas,

Sitq; tuis muris Romule iutis idem

Quilibet argentum prima de fronte tabernæ

Tollat, & ad gemmas quilibet alter eat.

Auferat hic aurum, peregrinos ille lapillos,

Et quascunq; potest tollere, tollat opes.

\* tangere.

Sed neque tolluntur, nec dum regit omnia Cæsar,

Incolumis tanto præside raptor erit.

At non ille Deus pacem intra mœnia finit,

\* tantum.

Auxilium toto sparsit in orbe suum.

Quid tamen hec prodest, media si luce, palam q;

Verberor, & tutæ non licet esse nuci?

Ergo nec nidos folijs hærere, nec ullam

Sedibus in nostris sta e videtis augm.

At lapis, in ramo sedit quicunque bifurco,

Hæret, & ut capta vñctor in arce manet.

Cetera saepè tamen potuere admissa negari.

Et crimen vox est inficiata suum.

Nostra notat fusco digitos iniuria succo,

Cortice contactas inficiente manus.

Ille crux meus est, illo maculata crux

Non profectura dextra lauatur aqua.

O ego cùm longæ venerunt tædia vitæ,

Optauit quoties arida facta mori!

Optauit quoties aut cæco turbine verti,

Aut valido missi fulminis igne peti.

Atque utinam subitæ raperent mea poma procellæ,

Vel possem fructus excutere ipsa meos.

Sic, vbi detracta est à te tibi causa pericli,

Quod super est tutum Ponice Castor habes.

Quid mihi nunc animi est, cùm sumit tela viator,

Atque oculis plage destinat ante locum?

Nec vitare licet moto fera vulnera truncō,

Quem sub humo radix, vinculaq; curua tenent.

\* verbera.

Corpora præbemus plagiis: ut saepè sagittis,

Cum populis manicas deposuisse vetat:

\* Paciens. Ut uero grauem, pauida est ubi tolli vacca securior,  
Aut stringi cultros in sua colla videt.

Sæpe meas frondes vento tremuisse putasti,  
Sed metus in nobis causa tremoris erat.

Si merui, videorq; nocens, excidite ferro,  
Nostraq; fumosis vrite membra foci.

Si merui, videorq; nocens, imponite flammæ,  
Et liceat miserae dedecus esse semel.

Si nec cur vrar, ne cur excidat habetis,  
Parcite, sic coëptum perficiatis iter.

FINI S.



# M. T. CICERONIS EPISTOLARVM AD QVINTVM FRATREM

Marcus Q. Fratri S.

**E**T si non dubitabam quin hâc epistolâ multi nuntij, fia  
ma denique esset ipsa sua celeritate superatura, tûque  
autè ab alijs auditurus essem, annum tertium accessisse  
desiderio nostro, & labori tuo, tamè existimauit à me quo  
que tibi huius molestia nuntium perferri oportere. Nam  
superioribus literis, nō vnis, sed pluribus, cum iam ab alijs  
desperata res esset, tamè n ego tibi spem maturæ decessio-  
nis afferbam, non solum, vt quam diutissime te iucunda  
opinione oblectaré, sed etiā quia tâta adhibebatur, & à no-  
bis, & à Prætoribus cõtentio, vt rē posse cōfici nō diffide-  
rē. Nunc quoniā ita accidit, vt neque Prætores suis opibus  
nēque nos nostro studio quicquā proficere possemus. est  
omnino difficile nō grauiter id ferre: sed tamè nostros ani-  
mos maximis in rebus, & gerendis, & sustinēdis exercita-

tos, frangi, & debilitari molestia nō oportet, & quoniam  
 ferre ea molestissime homines debet quae ipsorum culpa eō  
 tracta sunt, est quiddā in hac re mihi molestius ferendum,  
 quam tibi: factū est enim mea culpa, cōtrā quam tu meū,  
 & proficiscens, & per litteras egeras, vt priore anno non  
 succederetur. Quod ego dū sociorū saluti cōsulo, dū im-  
 pudentia nōnullorū negotiatorū resisto, dū nostrā gloriā  
 tua virtute augeri expeto, feci nō sapienter: præsertim cū id  
 cōmiserim, vt ille alter annus etiā tertius post set adducere.  
 Quod quoniā peccatiū meū esse cōfiteor, est sapientia atque  
 humanitatis tuæ curare & perficere, vt hoc minus sapienter  
 à me prouisum, diligentia tua corrigatur. Ac si te ipse ve-  
 hementius ad omneis parteis bene audiendi excitaris, non  
 ut cū alijs, sed vt tecū iam ipse certes, si omnē tuā mētem,  
 curā, cogitationē, & excellentē omnibus in rebus laudis  
 cupiditatē incitaris: mihi credere, vt us annū s additus labor i  
 tuo, multorū amnorū lētitīi notis, gloriā verò etiā posie-  
 ris nostris afferet. Quapropter hoc te primū rogo, ne cō-  
 trahas aut demittas animū, nē vēte obrui tanquā fluctu,  
 sic magnitudine negotij finas, contrāque erigas ac resistas  
 siue etiā vltro occurras negotijs. Neque enim eiusmodi  
 partē Reipub. geris, in qua fortuna dominet, sed in qua  
 plurimū ratio possit & diligentia. Quod si tibi bellū ali-  
 quod magnū & periculōsum administranti prorogatū im-  
 periū viderē, tremere animo, quod lēdētēpore esse intel-  
 ligerē etiā fortunā potestate in nos prorogatā. Nūc vero  
 ea pars tibi Reipub. cōmilla est, in qua aut nullā, aut per-  
 exigū partem fortuna tenet, & quae m̄bi tota in tua vir-  
 rute ac moderatione animi posita esse videatur. Nullas  
 (vt opinor) insidias hostiū, nullā prælij diuinationē, nullā  
 defectionē sociorū, nullā inopij stipendiij aut rei frumenta-  
 riæ, nullā seditionē exercitus pertimescimus, quae persepc-  
 tientissimis viris acciderūt, vt quemadmodū gubernato-  
 res optimi vim tēpestatis, sic illi fortunæ impetu superare  
 nō possent. Tibi data est summa pax, summa tranquillitas:

ita tamen ut ea dormientē gubernatorē vel obruere, vigilante etiā delectare possit. Constat enim ea prouincia primū ex eo genere sociorū, quod est ex hominū omni gene re humanissimū, deinde ex eo genere ciuiū, qui aut quod publicanisunt nos sūma necessitudine attingūt: aut quod ita negotiantur, ut locupletes sint, nostri Cōsulatus beneficio se incolumes fortunas habere arbitrantur. At enim inter hos ipsos existunt graues controvērsiae, multa nascuntur iniuriæ, magnæ contentiones cōsequuntur. Quasi verò ego id putem, non te aliquantū negotij sustinere. Intelligo permagnū esse negotiū & maximi cōsilij. Sed membro, cōsilij me hoc negotiū esse magis aliquanto, quām fortunæ putare. Quid est enim negotij continere eos quibus præfis, si te ipse cōtineas? Id autē sit magnū & difficile cæteris, sicut est difficillimū: tibi & fuit hoc semper faciliū, & verò esse debuit: cui<sup>o</sup> natura talis est, vt etiā sine doctrina videatur moderata esse potuisse. Ea autem adhibita doctrina est que vel vitiōsissimā naturam excolere possit? Tu cū pecunia, cū voluptati, cū oīum rerū cupiditati resistes, vt facis: erit, credo, periculū ne improbū negotiatorē paulo cupido rem publicanū cōprimeat nō possis. Nam Græci quidē sic te ita viuentē intuebuntur vt quendā ex annaliū memoria, aut etiā de cœlo diuinū hominē esse in prouinciā delapsū putent. Atque hæc nunc nō vt facias, sed vt te facere & fecisse gaudeas, scribo. Præclarum est enim summo cū imperio fuisse in Asia trienniū, sic vt nullū te signū, nulla pictura, nullū vas, nulla vestis, nullū mancipiū, nulla forma cuiusquam, nulla conditio pecunię (quibus rebus abūdat ista pruincia) ab summa integritate continetiaq; deduxerit. Qui lāutē reperiri tā eximiū, aut tam extēndū potest, quām istā virtutē, moderationē animi, tēperantia nō latere in tenebris, neq; esse abditam, sed in luce Asia, in oculis clarissimā pruincia, atq; in auribus omniū gētiū ac nationū esse positā: nō itineribus ruis pterreri, homines, nō sūptu exhaustiri, nō aduētu cōmoueri: esse quorū cunctū

eunque veneris, & publicè, & priuatim maximā letitiae: cū  
 vrbs custodem, non tyrānū: domushospitē, nō expilatōrē  
 recepisse videatur? His autē in rebus iam te vñus ipse pro-  
 fecto erudiuit, nequaquā satis esse, ipsum hāc habere vir-  
 tutes, sed esse circunspiciendū diligenter, vt in hac custo-  
 dia prouincia: non te vñū, sed oēs ministros imperij tui, so-  
 cijs & ciuibus & Reip. p̄r̄stare videare. Quanquā legatos  
 habes eos, qui ipsi per se habituri sint rationē dignitatis  
 suæ: de quibus honore & dignitate, & artate p̄r̄stat Tube-  
 ro: quē ego arbitror, p̄fserit cum scribat historiā, mul-  
 tos ex suis annalibus posse deligere, quos velit & possit  
 imitari: Halienus autē noster cū animo & benevolentia,  
 tum verò etiā imitatione viuendi. Nā quid ego de Grati-  
 diō dicā? quē certò scio ita labore de existimatione sua,  
 vt propter amorē in nos fraternū, etiā de nostra labore.  
 Quæstorem habes nō tuo iudicio delectū, sed eū quē sors  
 dedit. Hunc oportet & sua spōte esse moderatū, & tuis in-  
 stitutis ac p̄ceptis obtēperare. Quorū si quis fortè esset  
 sordidior, ferres catenus, quoad per se negligere eas le-  
 ges, quibus est adstrictus: non vt ea potestate, quam tu ad  
 dignitatē permisisses, ad quæstū abuteretur. Neque enim  
 mihi sanè placet, p̄fserit cum iij mores tantū iam ad ni-  
 miā lenitatem & ambitionē incubuerint, scrutari te omnes  
 sordes, excutere vñū quenque eoru: sed quanta sit in quo-  
 que fides, tantū cuique cōmittere. Atque inter hos eos,  
 quos tibi comites & adiutores negotiorū publicorū dedit  
 ipsa Respub. dūtaxat finib⁹ his p̄r̄stabitis, quos ante p̄z-  
 scripsi. Quos verò aut ex domesticis cōuictoribus, aut ex  
 necessarijs apparitoribus tecum esse voluisti, qui quasi ex  
 cohorte Prætoris appellari solent, horū non modo facta,  
 sed etiā dicta omnia p̄r̄standæ nobis sunt. Sed habes eos  
 tecū, quos Possis recte facienteis facile diligere: minus cō-  
 fulenteis existimationi iux, facillimè coērcere: à quibus,  
 rūdis cū esses, videtur potuisse tua liberalitas decipi. Nā  
 vt quisque est vir optimus, ita difficillimè esse alios impro-

bos suspicatur. Nūc verō tertius hic annus habeat integratē eandē quā superioris, cautionē etiā ac diligētiorē. Sint aures tuæ, quæ id quod audiūt, existimētur audire, non in qua sicutē aut simulatē quæstus causa insurgetur. Sit annulus tuus nō ut vas aliquod, sed tāquā ipse tu: non minister alienæ voluntatis, sed testis tuæ. Acceptus sit eo etiā numero, quo cū maioris nostri esse voluerūt, qui hoc nō in beneficij loco, sed in laboris ac muneris nō temerē nisi libertis suis defecit, quibus illi quidē nō multo secus ac seruis imperabāt. Sit lictor nō suę, sed tuę lenitatis apparitor: maioraque præferat facies illi ac secures dignitatis insigniæ, quam potestatis. Lodi denique sit prouinciæ cognitū, tibi omnium quib⁹ præsis, salutē, liberos, famā, fortunas esse chrysostomas. Denique hæc opinio sit, nō modò ijs qui aliquid acceperint, sed ijs etiā qui dederint, te inimicū (si id cognoveris) futurū. Nequeverō quisquam dabit; cū erit hoc perspectū, nihil per eos, qui simulat se apud te multū posse, abs te solere impetrari. Nec tñ est hæc oratio mea huiusmodi, vt te in tuos aut durū esse nimium, aut suspiciosum velim. Nā si quis est eorum qui tibi biénij spatio nūquā in suspicionē auaritiae venerit, vt ego Cæsiū, & Cherippū, & Labeonē audio & quia cognoui, existimo: nihil est qđ nō & ijs, & si quis est ali⁹ eiusmodi, & cōmitti, & credi rectissime putē. Sed si quis est, in quo iā offenderis, de quo aliquid senseris, huic nihil credideris nullā pārte existimationis tuæ cōmiseris. In prouincia verō ipsa si quē es naſt⁹ qui in tuā familiaritatē penitus intrarit, qui nobis antē fuerit ignotus, huic quātū credendū sit, vide: nō quin possint multi esse prouinciales virtuē boni, sed hoc sperare licet, iudicare periculosum est. Multis enim simulationū inuolucris tegitur, & quasi velis quibusdā obtēditur vniuersiū que natura frons, oculi, vultus perspēximus, oratio verō sapientissime. Quā mobrē quā potes reperire ex eo genere hominū qui pecunia cupiditate aducti careāt his rebus omnib⁹, à quib⁹ nos diuulsi else nō possum⁹? Te autē alienū hominē amēt ex animo, ac nō

sui cōmodi causa simulēt? Mihi quidē per magnū videtur,  
 præsertim si ijdē homines priuatū nō ferē quenquā Fratē  
 res semper omnes amāt. Quo ex genere siquem fortē tui  
 cognostī amantiorē (fieri enim potuit) quām tēporis, hūc  
 ad tuū numerū libenter adscribito. Sin autē id nō perspicias  
 nullū erit genus in familiaritate caudū magis: propterea  
 quod & omnis vias pecuniae norunt, & omnia pecuniae  
 causa faciunt, & qui cum victuri nō sunt, eius existimatione  
 consulere non curant. Atque etiam ē Grēcis ipsis diligē-  
 ter cauendae sunt quadam familiaritates; præter hominū  
 per paucorū, si qui sunt vetere Grēcia digni Sic verò falla-  
 ces sunt permulti & leues, & diuturna seruitute ad nimiā  
 absentiam erudit, quos ego vniuersos adhiberi libera-  
 liter, optimū quenque hospitio amicitiaque coniungi dico  
 oportere: nimiā familiaritates eorū, neque tam fideles sunt  
 (non enim audent aduersari nostris voluntatibus) & inui-  
 dent non nostris solum, verum etiam suis. Iam qui in eius-  
 modi rebus, in quibus vereor etiam ne durior sim, cautus  
 esse velim ac diligens, quo me animo in seruos esse censes?  
 quos quidem cum omnibus in locis, ut præcipue in pro-  
 uincijs regere debemus: quo de genere multa præcipi-  
 possunt. Sed hoc & breuissimum est, & facilissime teneri po-  
 test, vt ita se gerant in istis Asiaticis itineribus, vt si iter  
 Appia via faceres: nē ve interesse quicquam putent, vt ium  
 Tralleis, an Formas venerint. Ac si quis est ex seruis  
 egregie fidelis, sit in domesticis rebus & priuatis: quæ  
 res ad officium imperij tui atque ad aliquam partem Rei-  
 publicæ pertinebunt, de his rebus nequād attingat. Mu-  
 lta enim quæ rectē committi seruis fidelibus possunt, ta-  
 men sermonis & vituperationis vitanda causa, commit-  
 tenda non sunt. Sed nescio quo pasto aī præcipiendi ra-  
 tionem delaplā est oratio mea, cum id mihi propositum  
 initio non fuisset. Quid enim ei præcipiam, quem ego in  
 hoc præsertim genere intelligam, prudētia non esse infe-  
 riorem quām me, vsu verò etiam superiorem? Sed tamen

si ad ea quæ faceres, autoritas accederet meæ, tibi ipse  
 illa putauis fore iucundiora. Quare sint hæc fundamenta  
 dignitatis tuæ. Tua primum integritas & continentia  
 deinde omnium qui tecum sunt pudor. Delectus in fa-  
 miliaritatibus & prouincialium hominum, & Græcorum  
 percautus & diligens: familiae grauis, & cõstans disciplina  
 Quæ cū honesta sint in his priuatis nostris quotidianis quo-  
 rationibus: in tanto imperio, tam depravatis moribus, tam  
 corruptrice prouincia, diuina videatur necesse est. Hæc in-  
 stitutio atque hæc disciplina potest sustinere in rebus: sta-  
 tuendis decernendisque eā seueritatē quia tu in his rebu-  
 vsus es, ex qua uis nōnullas similitates cū magna mea læ-  
 citate susceptas habemus, nisi forte me Paconij nescio cu-  
 ius hominis, ne Græci quidē at Mysij, aut Phrygij potius  
 querelis moueri putas: aut Tuscenij hominis fui. Iohu ac Sor-  
 didi vocibus, cuius tu ex impuris fauicibus in honestis  
 simā cupiditatē eripuisti sum na cū æquitate. Hæc & cæte-  
 ra plena seueritatis, quæ statuisti in ista prouincia, nō facile  
 sine summa integritate sustinebimus. Quare sit summa in  
 iure dicendo seueritas, dūmodo ea ne varietur gratia, sed  
 cōseruetur æquabilis. Sed tamē parui refert abs te ipso ius  
 dici æqualiter & diligenter, nisi idem ab iis fieri, quibus tu  
 eius numeris aliquem partē concesseris. Ac mihi quidē vi-  
 detur non sane magna varictas esse negotiorū in admini-  
 stranda Asia, sed ea tota iurisdictione maximē sustineri. In  
 qua scientiæ præsertim prouincialis ratio ipsa expedita est.  
 Constatia est adhibenda & grauitas, quæ resistat nō solum  
 gratia, verū etiā suspicioni. Adiungenda etiā est facilitas in  
 audiendo, lenitas in discernendo, in satisfaciendo ac dispu-  
 tando diligentia. His rebus nuper Cn. Octavius iucundissimus  
 fuit: apud quē primus lictor qui fuit, tacuit accēsus:  
 quoties quisque voluit dixit, & quam voluit diu. Quibus  
 illis rebus fortasse nimis lenis videtur, nisi hæc lenitas  
 illa seueritatē tueretur. Cogebitur Syllani homines quæ  
 per vim & meū abstulerit, reddere. Qui in magistratibus  
 iniurias

injuriosē decreuerant, sedē ip̄is priuatis erat iuste paren-  
tū. Hęc illius seueritas acerba videretur, n̄isi multis cōdi-  
mentis humanitatis mitigaretur. Quod si hęc lenitas gra-  
ta Romæ est, vbi tanta arrogantia est, tam immoderata li-  
bertas, tam infinita hominum licentia, denique tot magi-  
stratus, tot auxilia, tanta vis, tanta Senatus autoritas: quam  
iucunda tanq̄e Pr̄atoris comitas in Asia potest esse, in qua  
tanta multitudine ciuiū, tanta sociorū, tot vrbes, tot ciuita-  
tēs vnius hominis nutū intuentur? vbi nullū auxiliū est,  
nulla conquestio, nullus Senatus, nulla concio? Quare cū  
permagni hęminis est, & cum ipsa natura moderati, tum  
vero etiā doctrina atque optimarū artiū studijs eruditī, sic  
se adhibere in tanta potestate vt nulla alia potestas ab ijs,  
quibus pr̄esit, desideretur. Cyrus ille a Xenophōte nō ad  
historiæ fidem scriptus, sed ad effigiem iusti imperij: cuius  
summa grauitas ab illo philo lopho cū singulari comitate  
cōiungitur: quos quidem libros nō sine causa noster ille  
Africanus de manibus ponere nō solebat: nullū est enim  
pr̄atermissum in his officiū diligētis & moderati imperij:  
cāque si sic coluit ille qui priuatus futurus nunquā fuit,  
quonā modo retinenda sunt ijs quibus imperiū ita datum  
est, vt redderent, & ab ijs legibus datū est, a l quas reuertē  
dū est. Ac mihi quidē videtur huc omnia esse referēda ab  
ijs qui pr̄esunt alijs, vt iij qui erunt eorum in imperio, sint  
quam beatissimi: quod tibi & esse antiquissimū & ab ini-  
tio fuisse, vt primū Asiā attigisti, constāte fama atque om-  
niū sermone celebratū est. Est autē non modo eius qui so-  
cijs & ciuibus, sed etiā eius qui seruis, qui muris pecudibus  
pr̄esit, eorū quibus pr̄esit cōmodis vtilitatique seruire.  
Cuius quidē generis constare inter oēs video, abste sum-  
mā adhiberi diligentia: nullū ἂs alienū nouū contrahi ciui-  
tatib̄ is, vetere autē magna & graui multas abs te esse li-  
beratas vrbes: cōplureis dirutas ac penē desertas, in quib̄  
vna Ionia nobilissimā, alterā Catiae, Samū & H̄elicar-  
nassum per te esse recreatas: nullas esse in oppidis sedicio-

nes, nullas discordias: prouideri abs te, ut ciuitates optimatū cōsilijs administrētur: sublata Myſia: latrocinia: cōdes multis locis repressas: pacem tota prouincia constitutā neq; solū illa itenerū atque agrorū, sed multò etiā plura & maiora oppidorū & furta, & latrocinia else depula. Remotā à fama & à fortunis, & ab otio locupletū, illā acerbissimā ministrā Prætorū auaritię calūniām: sūptus & tributa ciuitatū ab omnib<sup>9</sup> qui earū ciuitatū, fineis incolāt, tolerari æquabiliter: facill. mos esse aditus ad te patēre aures tuas querelis omniū: nullius in opīā ac solitudinē, nō modo illo populari accessu ac tribunalī, sed ne domo quidē tua, & cubiculo esse exclusam: tuo toto denique in imperio nihil acerbū esse, nihil crudele, atque omnia plena clemētiæ, mā suetudinis, humanitatis. Quātū verò illud est beneficium tuum, quod iniquo & graui vectigali Aedilitiorum magnis nostris similitatib<sup>9</sup> Asia liberasti? Enim uero si vnuis homo nobilis queritur palam te, quid edixeris ne ad ludos pecuniæ decernerentur, H.S.CC. sibi eripuisse, quanta tandem pecuniæ pendereretur, si omniū nomine quicunque Romæ ludos facerent, quod erat iam institutū, erogari tur? Quanquā has querelas hominū nostrorū illo cōsilio oppressim<sup>9</sup> q̄ in Asia nescio quonā modo, Romæ quidē nō mediocri cum admiratione laudatur: quod cum ad tēplum monimētūnque nostrū ciuitates pecuniās decreuissent: cūmque id & pro magnis meis meritis & pro tuis maximis beneficijs, summa sua volūtate fecissem: nominatimque lex exciperet. vt ad tēplum monumentūnque carpere liceret: cūmque id quod dabatur, nō esset interit irum, sed in ornamētis tēpli futurum, vt nō mihi potius quam Populo Romano ac diis immortalib<sup>9</sup> datū videretur: tñ id in quo erat dignitas, erat lex, erat eorū qui faciebāt volūtas accipiēdū nō putavi, tū alijs de causis, tū etiā vt animo equiore ferrēt iij quib<sup>9</sup> nec deberetur, nec liceret. Quapropter incūbe toto animo & studio omni in eam rationē qua ad hucus es, vt eos quos ~~magis~~ fidei potestatiq; S.P.Q.R. cōmisit & cōdidit, diligas & omn

omni ratione tucare, ut esse quam beatissimos velis. Quod  
 si te fors Afris aut Hispanis aut Gallis præfecisset in mani-  
 bus ac Barbatis nationib⁹: tñ es set humanitatis tuæ, cōsole  
 re eorū cōmōdī & utilitati, salutique seruite. Cū vero ei  
 generi hominū præsim⁹, nō modo in quo ipsa sit, se letiā  
 à quo ad alios peruenisse pūretur humanitas: certè ijs eam  
 potissimum tribuere debem⁹, à quibus accepim⁹. Non enim  
 me hoc iam dicere pudebit, præsertim in ea vita atque ijs  
 rebus gestis, in quibus nō potest resiliere inertia aut leni-  
 tatis. Illa suspicio, nos ea quæ cōsecuti sumus, his studijs &  
 artibus esse adeptos, quæ sint nobis Græciæ monumentis  
 disciplinisque tradita. Quare præter cōmunem fidē, quæ  
 omnib⁹ debetur, præterea nos isti hominū gñri præcipue  
 debere videmur, ut quorū præceptis sum⁹ eudici, apud eos  
 ipsos q ab ijs didicerimus, velim⁹ exprimere. Atque ille  
 quidē princeps ingenij & doctrinæ latotū denique fore  
 beatas Respub. putauit, si aut docti & sapiētes homines eas  
 regere cōpissent, aut qui regerēt, omne suū studiū in do-  
 ctrina ac sapiētia collocasset. Hic cōiunctionē videlicet po-  
 testatis ac sapiētiae, saluti censuit ciuitatibus esse posse: q  
 fortasse aliquā vniuersitatem Reip. nostrę, nūc quidē pfecto isti  
 prouinciæ cōtigit, ut is in ea sūmā potestate haberet, cui  
 in doctrina, cui in virtute atque humanitate percipiendā,  
 plurimū à pueritia studij fuisset & tēporis. Quare cura ut  
 hic annus, qui ad laborē tuū accessit, id ē a salatē Asia pro-  
 gat⁹ esse videatur, quoniā in te retinēdo fuit Asia felicior,  
 quam nos in deducēdo p̄fice ut lātitiae p̄uincie desideriū  
 nostrū leniatur. Etenim si, in p̄merēdo ut tibi cāt honores  
 haberētur, quāti haud scio in nemini, fuisti omniū diligen-  
 tissimus, multō maiorem in his honorib⁹ tuēdis adhibere  
 diligētiā debes. Et quidē de isto gñre honorū quid sentire  
 scripsi ad te ante. Semper eos putavi, si vulgares essent, vi-  
 leis: si temporis causa constituerentur, leues, si verò (id  
 quod ita factum est) meritis tuis tribuerentur, existimabam  
 multam tibi in his tuēdis operam esse ponendam. Quare  
 q̄oniam


quoniā in iſlis vrbibus cū ſumō imperio & potestate verſa-  
ris, in quib⁹ tuas virtutes cōſecrataſ, & in deorū numero  
collocatas vides: in omnibus rebus quas ſtatues, quas de-  
cerneſ, quas ages, quid tātis hominū opinionib⁹, tātis de  
te iudicijs, tātis honorib⁹ debeas, cogitabiſ. Id autē erit  
eiusmodi, vt cōſulas omnibus, vt medeare in cōmodis ho-  
minū, prouideāſ ſaluti, vt te parētē Afia & dīci, & haberi  
velis. Atque huic tuæ voluntati ac diligētiæ difficultatē  
magnā afferūt publicani: quibus ſi aduersamur, ordinē de  
nobis optimē meritū, & per nos cū Rep. cōiunctū, & à no-  
bis, & à Rep. diſiūgemus: finautē omnibus in rebus obſe-  
quemur, funditus eos perire patiemur, quorū nō modo ſa-  
luti, ſed etiā cōmodis cōſulere debem⁹. Hęc eſt vna (ſi ve-  
re cogitare volumus) in toto imperio tuo difficultas. Nā  
eſſe abſtinētē, cōtinere oēſ cupiditates ſuos coērcere, &  
iuris æquabilē tenere rationē, facile te in rebus cognoscē-  
di, in hominibus audiēdis, admittēdīſque p̄ebere, p̄ecla-  
ru magis eſt, quām difficile. Nō eſt enim positū in labore  
aliquo, ſed in quadā inductione animi atque volūtate. Illa  
cauſa publicanorū quantā acerbitatē afferat ſocijs, intelle-  
xi muſ ex ciuib⁹, qui nuper in portorijs Italiæ tollendiſ,  
nō t̄ i de portorio, quām de nōnullis iniurijs portitorū que-  
rebantur. Quare nō ignoro qđ ſocijs accidat in vltimis ter-  
ris, cū audiuerim, in Italia querelas ciuiū. Hic te ita verſari,  
vt & publicanis ſatisfacia, p̄ſertim publicis male redē-  
ptis, & ſocios perire nō ſinas, diuinæ cuiusdā virtutis eſſe  
videtur, id eſt, tuæ. Ac primū Græcis, id quod acerbissimū  
eſt, quod ſunt vētigales, nō ita acerbū videri debet, pro-  
pter ea quod ſine imperio Pōp. Rom. ſuis institutis, per ſe  
ipſi ita fuerūt. Nomē autē publicani aspernari nō poſſūt,  
qui pēdere ipſi vētigal ſine publicano nō poṭuerūt, quod  
ijs æqualiter Sylla deſcripſerat. Non eſſe autē leniores in  
exigēdis vētigalibus Græcos, quām noſtrōs publicanos,  
hinc intelligi poſteſt, quod Cauni nuper oēſ, ex insulis que-  
erāt ab Sylla Rhodijs attributa, cōſugerunt ad Senatū, no-  
bis


bis ut potius vettigal, quam Rhodijs penderet. Quare nō  
mē publicani neque iij debet horrere, qui semper vettigales  
fuerūt: neque iij aspernari, qui per se pendere vettigal  
nō potuerūt: neque iij recusare, qui postulauerunt. Simu  
& illud Asia cogitet, nullā à se neque belli externi, neque  
discordiarū domesticarū calamitatē abfuturā fuisse, si hoc  
imperio nō teneretur. Id autē imperiū cū retineri sine ve  
ttigalibus nullo modō possit, æquo animo parte aliquā  
suorū fructuū pacē sibi sempiternā redimat atque otium.  
Quod si genus ipsum & nomē publicani nō in quo animo  
sustinebūt, poterūt ijs cōfilio & prudētia tua reliqua videri  
mitiora. Possunt in paētionib⁹ faciēdis nō legē spectare  
censoriā, sed potius cōmoditatē cōficiēdi negotij, & libe  
rationē molestiæ. Potes etiā tu id facere, quod & fecisti  
egregiē, & facis, vt cōmemores quāta sit in publicanis di  
gnitas, quātū nos illi ordīni debeamus, vt remoto imperio  
ac vi potestatis & fasciū, publicanos cū Grēcis gratia atque  
autoritate cōiungas. Sed & ab ijs, de quib⁹ optimē tu meri  
tus es, & qui tibi omnia debent, hoc petas, vt facilitates sua,  
nos eam necessitudinē, quæ est nobis cū publicanis, obti  
nere & cōseruare patiātur. Sed quid ego te hac hortor, que  
tu nō modo facere potes tua spōte sine cuiusquā præceptis  
sed etiā magna iā ex parte perfecisti? non enim desistūt no  
bis īgere quotidie gratias honestissimæ & maximæ socie  
tates: quod quidē mihi id circo iucūdius est, quod id ēfaciūt  
Græci. Difficile est autē ea, quæ cōmodis, vtilitate, & pro  
pē natura diuersa sunt, volūtate cōiūgere. At ea quidē quæ  
suprāscripta sunt, nō vt te instituerē scripsi (neq; enim pru  
dētia tua cuiusquā præcepta desiderat) sed me inscribēdo  
cōmemoratio tuæ virtutis delectauit: quanquā in his literis  
lōgior fui, quam aut velle, aut quam me putauit fore, Vnū  
est quod tibi ego præcipere nō desinam, neque te patiar  
(quātū in me erit) cū exceptione laudari. Omnes enim qui  
istinc veniūt, ita de tua virtute, integritate, humanitate cō  
memorāt, vt in tuis summis laudibus excipiāt vnā iracun  
diā.

diā. Quod vitiū, cū in hac priuata, quotidianāque vita leuit  
 esse animi atque infirmi videtur: tum verò nihil est tam de  
 forme, quā ad summū imperiū etiā acerbitatē naturæ ad  
 adiungere. Quare illud nō suscipiā, vt quæ de iracūdia dici  
 solēt à doctissimis hominib⁹, ea tibi nūc exponā, cū & ni  
 mis lōg⁹ esse nōlīm, & ex multorū scriptis ea facile possis  
 cognoscere. Illud q̄ est epistolæ propriū, vt is ad quē scri  
 bitur, de his reb⁹ quas ignorat, certior fiat, prætermittendū  
 esse nō puto. Sic ad nos oēs ferē deferūt, nihil, cū absit  
 iracūdiā, & fieri posse iucundi⁹. Sed cum te alicui⁹ imp̄bita  
 per veritāsque cōmouerit, sic te animo incitari, vt ab  
 omnib⁹ tua desideretur humanitas. Quare quoniā in eam  
 rōem vitæ nos, nō tā cupiditas quædam gloriæ, quam res  
 ipsa ac fortuna deluxit, vt sempitern⁹ sermo hominū de  
 nobis futurus, sit caueamus quantum effice, & consequi  
 possumus, ne q̄: n nobis insigne vitium fuisse dicatur. Ne  
 que ego hoc nunc contendō, q̄ fortasse cum in omni na  
 turā, tum iam in nostra ætate difficile est, mutare animū, &  
 siquid est penitus in sūtum moribus, id subito euellere: sed  
 te illud admoneo vt si hoc plenē vitare non potes, quod  
 antē occupatur anim⁹ ab iracūdīa, quam puidere ratio  
 p̄mitit, ne occuparetur, te antē compares, q̄ otidiēque me  
 ditere resistendum esse in acundia: cūmque ea maximē ani  
 mum moueat, tum tibi esse diligentissimē linguā conti  
 nendam: quæ quidem mihi virtus non interdum minor vi  
 detur, quam omnino non irascit. Nam illud non solam est  
 grauitatis, sed nōnunquam etiam lētitidinis. Moderari ve  
 ro & animo & oratiōni cum sis iratus, aut etiam tacere &  
 tenere in sua potestate motū animi & dolorē, et si non est  
 pfecta sapientia, n̄ est nō mediocris ingeni. Atque in hac  
 gñre multō te esse iam cōmodiorem mitiorēmque nūrit.  
 Nulle tuæ vehemētiōres animi cōcitations nulla maledi  
 cta ad nos, nullæ cōtumeliae perforuntur: quæ cū abhorre  
 à liter.s, adhuc...nitate, tū vero cōtraria sūt imperio ac di  
 gitatu. Nā si implacabiles iracūdīc sint, sūma est acerbitas  
 finautem

Anautē exorabiles, sūma lenitas; que tū (vt in malis) acerbī  
 tati autē potēda est. Sed quoniā prim⁹ ann⁹ habuit de hac  
 reprehēsione plurimum sermonis, credo propterea, quōd  
 tibi hominū iniuria, quōd auaritia, quōd insolētia prater  
 opinionem accidebat, & intolerabilis videbatur: secun-  
 dus autē multō lenior, q̄ & consuetudo & ratio & (vt ego  
 arbitror) meq̄ quoque literę te patientiore, leniorēmque  
 fecerunt: tertius annus ita esse debet emendatus, vt ne mi-  
 nimam quidē rē quisquam possit ullam reprehendere. Ac  
 iam hoc loco nō hortatione, neque præceptis, sed precib⁹  
 tecū fraternis ago, totū vt animū, curā cogitationē inq; tuā  
 ponas in omniū laude vnde colligēda. Quōd si in me-  
 diocri statu sermonis ac prædicationis nostræ res essent, ni-  
 hil abs te eximiū, nihil præter aliorū cōsuetudinē postula-  
 tetur. Nūc verò propter earū rerū in quib⁹ versari sumus,  
 splēdorē & magnitudinē, nisi sūmā laudē ex ista prouincia  
 assequimur, vix videmur sūmā vituperationē possevitare.  
 E 2 nostra ratio est, vt oēs boni tum faueāt, tum etiā à no-  
 bis oēm diligētiā, virtutēmque & postulēt & expectēt: oēs  
 autē improbi, quōd cum ijs bellū suscepim⁹ sempiternū, vel  
 minimare ad reprehendendū cōtēti esse videātur. Quare  
 quoniā eiūsmodi theatrū toti⁹ Asiae virtutib⁹ est datū, cele-  
 britate refertissimū, magnitudine amplissimū, iudicio eru-  
 ditissimū, natura autē ita resonās, vt vīque Romā significa-  
 tiones, vocēsque referātur: cōtende quæso atque elabora,  
 nō modō vt his reb⁹ dign⁹ fuisse, sed etiā vt illa omnia tuis  
 artib⁹ superasse videare. Et quoniam mihi casus urbanam,  
 in magistratibus administrationem Reip. tibi prouinciale  
 dedit, et si mea pars nemini cedit, fac vt tua cāteros vincat.  
 Simul & illud cogita, nos non dereliqua & sperata gloria  
 iā laborare, sed departa dimicare. Quæquidē nō tū experē-  
 da fuit, quām tuenda nobis est. Ac si mihi quicq; uam esset  
 abs te separatū, nihil ampli⁹ desiderarē hoc statu, qui mihi  
 tam partus est. Nunc verò res sic sese habet, vt nisi omnia  
 tua facta atque dicta nostris reb⁹ istinc respōdeār, ego me  
 meis

meis tācīs laboribus, ātisque periculis, quorū tu omniū pat-  
 ticeps fuiti, nihil cōfūctū putē. Quod si vt amplissimū no-  
 men cōsequeremur, vñus præter cæteros adiuisti: certè  
 idē vt id retineamus, præter cæteros laborabis. Non est ti-  
 bi his solis vtençū existimationibus ac iudicijs, qui nunc  
 sunt hominū, sed his etiā qui futuri sunt: quanquā illorum  
 erit verius iudiciū obrectatiōe & maleuolētia liberatum.  
 Denique illud etiā debes cogitare, nō te tibi soli gloriām  
 querere: quod si esset, tamē nō negligeres, præsertim cū  
 amplissimis monimentis consecrare voluisses memoriā no-  
 minis tui, sed ea tibi est cōmunicanda mecum, prodenda libe-  
 ris nostris. In qua cauendū est, ne si negligētior fueris, nō  
 solum tibi patrū consuluisse, sed tuis etiā inuidisse videaris.  
 Atque hæc non eō dicuntur, vt te oratio mea dormientē  
 excitasse, sed potius vt currentē incitasse videatur. Facies  
 enim perpetuō, quæ fecisti, vt oēs æquitatē tuā, tēperatiā,  
 seueritatē, integritatēmque laudent. Sed me quædā tener,  
 propter singularē amorē, infinita in te auiditas gloriæ: quā  
 quā illud existimo, cū iā tibi Asia, sicut vnicuique sua do-  
 mus, nota esse debeat, cū ad tuā summam prudentiā ratus  
 vñsus accelererit, nihil esse quod ad laudē attineat, quod tu  
 non optimē perspicias, & tibi non sine cuiusquā hortatio-  
 ne in mētē veniat quotidie. Sed ego qui cū tua lego, te au-  
 dire, & qui cū ad te scribo, tecū loquivideo: idcirco & tua  
 longissima quaq; epistola maximē delector, & ipse in scri-  
 bendo sæpe sum longior. Illud te ad extremum & oro &  
 hortor, vt tanquā poetæ boni & actores industrii solent,  
 sic tu in extrema parte & conclusione muneris ac negotiij  
 tui diligenter simus sis, vt hic tertius annus imperij tui tan-  
 quā tertius actus pfectissimus atq; ornatisimus fuisse vi-  
 deatur. Id facillimē facies, si me (cui semper vnimagis quā  
 vniuersis placere voluisti) tecū semper esse futabis, & om-  
 nibas his rebus, quas dices ac facies, interesset. Reliquū est,  
 vt te orem vt valetudini tuae, si me & tuos om̄neis valere  
 vi, diligentissimē seruias.







2